COMPENDIUM

CHRONICARUM ORDINIS FF. MINORUM

AUCTORE

FR. MARIANO DE FLORENTIA

EDIDIT

DIRECTIO PERIODICI

Extractum ex Periodico
Archivum Franciscanum Historicum
I-IV (1908-11)

Property of
CBF
Please return to
Graduate Theological
Union Library

Typ. Collegii S. Bonaventurae
AD CLARAS AQUAS prope FLORENTIAM
(Quaracchi presso Firenze)

1911.

5358

HIS FASCICULIS

ARCHIVI FRANCISCANI HISTORICI

COMPENDIUM CHRONICARUM

PRODIIT

I, 98-107	III, 294-309
II, 92-107	III, 700-715
II, 305-318	IV, 122-137
II, 457-472	IV, 318-339
II, 626-641	IV, 559-587

De editione cf. p. 147 (IV, 563) nota 4.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA

Nomen fratris Mariani a Florentia, omnibus, qui res historicas franciscanas vel leviter delibaverint, per quam notissimum est. Waddingus ipse eius scriptis tam saepe usus est, ut multi, non recte, hoc fere unico fundamento, Annalium suorum, aere perennius, monumentum erexisse putaverint. Quanti faciendum ergo Compendium historicum, quod, prima vice ex apographo, manu auctoris recognitum, hoc in *Archivo* lucem aspicit, legentibus patebit.

De auctore et operibus eius, et praecipue de hoc Compendio, usque huc fere ignoto, fusius et plenius, edito opere, tractaturi sumus (1); sed hic breviter aliqua, quae ad descriptionem et historiam manuscripti pertinent, praemittere ducimus.

Codex sub numero 97 asservatur in Bibliotheca Moreniana, Florentiae; quem nuper clarissimus Carolus NARDINI, praefectus Bibliothecae Riccardianae, humaniter Patri Hieronymo Golubovich Directori nostri *Archivi*, inibi evulgandum indicavit. Codex est chartaceus, ligatus dimidia pergamena, mill. 225 × 160. In margine superiori numeratio antiqua signat folia 69: in margine inferiori e converso numeratio recens signat fol. 70, quia computat parvum folium additum inter fol. 17 et 18, in antiqua numeratione neglectum. Haec pars codicis est saeculi XVI. Scriptura nitida et clara. Aliquando habet spatiola, vel lineas integras vacuas, quae scriba, vel verosimilius auctor, implere ex novis informationibus desiderabat. Numerus linearum in foliis singulis variat inter 28 et 34.

Titulus, rubeo colore, talis est: *Compendium Chronicarum Fratrum Minorum;* manu valde posteriori subditur nigro atramento: *scriptum a Patre Mariano de Florentia auctore Chronicarum.*

In margine inferiori primae paginae, erat nomen possessoris, nunc deletum, ubi difficulter adhuc legitur: *Hic liber est fratris F.... de Florentia Minorum Observantium.* In margine superiori, scripturâ antiquior habet: *Fratris Danielis de Rhetibus S. Mariae in Balneo.*

Fol. 70 v. manu ipsius fratris Mariani, colore rubeo, haec leguntur: *Omnia in hoc volumine conscripta, sunt per me fratrem M. edita, quae fratribus meis corrigenda relinquo.*

(1) Hic tantum, ut desideriis aliquorum satisfaciamus, indicantur ea quae continentur in *Miscellanea Franciscana* (vol. X, p. 57-59), *Luce e Amore* (ann. I, p. 27 e 317), et *Analecta Franciscana* (IV, p. XII, n. 4): de quibus suo loco erit sermo.

Manus recens addit: *Questo Compendio di Chroniche è di mano, e forse, del Padre Mariano di Firenze, e non può esser opera d'altri.*

Post Codicem Chronicarum, numeratio recens signat aliquot folia addita saeculi nuper transacti.

Fol. 72-77, continetur: « *Relazione della visita del Papa Nicolò V alla sepoltura ed al corpo di S. Francesco in Assisi, fatta l'anno 1447 nel mese di agosto, come si contiene in un codice cartaceo scritto nel 1581 da Piero di Antonio Carmassi, medico cerusico alle Bertuccie di Firenze, dichiarando di avere copiato da un altro codice, degno di fede, e con testimoni, tutto quello si contiene nel detto mss. ora esistente nella I. R. Libreria Magliabechiana di Firenze N. 215, Palchetto 7, classe 37* ». — Incipit: *Nicolò Papa quinto, essendo a Asciesi per gran devozione li venne desiderio di vedere il santo corpo del Serafico S. Francesco.* — Desinit: *et a morte lo replicò detto messer Pietro da Noceto, come appare tutto dal suo testamento, et questo fu nel 1447 di agosto.*

Quatuor postrema folia (77 r.-80 v.) continent animadversiones criticas cuiusdam fratris Minoritae in *Compendium Chronicarum*, quarum animadversionum auctor vivebat circiter anno 1830.

P. Th. Domenichelli, O. F. M.

(1r:) COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA, AUTHORE CHRONICARUM (*a*).

In Thuscia, regione Italiae et valle Spoletana, anno Domini **1181** (1) et 23 Pontificatus Alexandri tertii, in stabulo et supra fenum, iuxta presepe animalium, natus est Beatissimus Pater Franciscus, ex nobilibus parentibus, videlicet Petro Bernardonis merchatore et Picha honestissima: quem in ulnis suis (ut peregrinus) suscepit Angelus Domini, et in dextro humero illius signum crucis impressum, et de sacro fonte baptismatis levavit: ipsumque Episcopus Assisinas, ex voluntate matris,

(*a*) Secunda pars huius tituli est ex alia manu exarata in codice.

(1) Alexander III mense augusti 1181 obdormivit in Domino, completo fere anno vigesimo secundo sui Pontificatus; quod ergo habet auctor de Alexandro error est; an etiam in anno nativitatis Sancti Francisci erraverit disputatur. Pro anno 1182, quem recentiores fere omnes amplexati sunt, citatur Albertus Stadensis coaevus, franciscanus: nec documentum vel testimonium firmius opponi potest. Mediolani opus a Zaroto editum anno 1477 (die VI februarii), quod falso tribuitur Sancto Doctori Bonaventurae, capitulo LXVII, haec tradit de chronologia S. Francisci. « Nacque Sancto Francescho ai 1180: convertissi in 1206, cioè in età di XXVI. Ricevette le stimmate nel 1224, cioè a 44 anni: passò da questa vita sabato sera, e fu seppellito domenica, 4 ottobre 1226, a 46 anni: canonizato 1228 ». Discrepatio ergo circa chronologiam Beati Francisci antiqua est. Pater Patrem (*Cronologia di S. Francesco* in *Miscellanea Francescana*, IX, pag. 76-101) nec ante mensem decembris 1181, nec post febbruarium 1182, ortum habuisse Franciscum, solide ac perspicue demonstrat.

Joannem in baptismo vocavit (1). Post dies octo pater eius, rediens de Francia, non Joannem, sed a Francia unde venerat, ipsum Franciscum nominavit.

Anno Domini **1205**, Beatus Franciscus in Ecclesia Sancti Damiani orans ante immaginem Crucifixi, audivit vocem de ipsa cruce ter dicentem sibi: *Vade, Francisce, repara domum meam, que, ut cernis, destruitur.* A qua hora ita vulneratum et liquefactum est cor eius, ut semper deinceps dum vixit, stigmata Domini sui in suo corde portavit (2).

Anno Domini **1206** Beatus Franciscus coram Guidone, Episcopo Assisino, ad patris requisitionem citatus et omnibus vestimentis exutus, dixit: « Audite omnes et intelligite. Usque modo, Petrum Bernardonis patrem meum vocavi, sed quia Deo servire proposui, reddo illi pecuniam pro qua turbatus erat, et omnia vestimenta que de suis rebus habui, volens amodo dicere: *Pater noster qui es in celis* » (3).

Episcopus autem hoc cum vidisset, inter brachia sua illum cum fletu colligens, pallio, quo amictus erat, operuit, precipiens suis ut aliquid sibi darent ad membra corporis eius tegenda. Ex qua re, mantellus pauper et vilis oblatus est ei, quem ipse gratanter suscipiens, cum cemento, ad modum crucis, manu propria consignavit. Itaque Christi vestigia devote sequens, sueque Religionis domum non super arenam temporalium, sed super evangelicam (IV:) paupertatem fundavit, anno etatis sue vigesimo quinto, et septimo (4) pontificatus Innocentii tertii, et decimoseptimo imperii Henrici sexti (5).

Anno Domini **1207** et **1208** beatus Franciscus solus existens, ut pauper et mendicus, elemosinas querens, in reparatione trium ecclesiarum insudavit, videlicet Sancte Marie de Angelis, Sancti Petri et Sancti Damiami. Insuper leprosis diligentissime deservivit.

Anno **1209** (6) Beatus Franciscus audiens quod Christus discipulis suis ad predicandum missis, loquitur, ne, scilicet, aurum vel argentum, nec sacculum vel peram, nec virgam portarent in via, nec calciamenta haberent, nec duas tunicas, statim calciamenta solvit, baculum deposuit, peram reiecit et pecuniam execratus fuit, faciensque sibi tunicam valde contemptibilem, reiecta corrigia, pro cingulo funem sumpsit.

Ad cuius exemplum statim quamplurimi animati, omnibus suis pauperibus erogatis, secuti sunt eum, videlicet:

---

(1) Haec de nativitate in stabulo, de nobilitate parentum, de angelo qui eum levavit de sacro fonte, de Episcopo qui aqua lustrali eum regeneravit, egent probatione testimonio, ut verosimilia putentur: nec parum obstat silentium hac de re a Bartholomaeo Pisano servatum. Omnes attestationes, quae proferuntur in medio, videlicet inscriptio in superliminari ostii lapide sacelli *S. Francesco il piccolo*, picturae Montis Falci, dioecesis Spoletanae etc., sunt Pisano posteriores. Nomen Picae, primo occurrit in *Legenda trium Sociorum*, quae in Bibliotheca Vaticana, sub numero 7339 asservatur, et pluries postea in Conformitatibus fratris Bartholomaei de Pisis. Documentis praeterea synchronis manu notarii exaratis confirmatur. Verosimiliter ab eadem Legenda originem nominis Francisci frater Marianus desumpsisse videtur.

(2) Narratio de verbo ad verbum sumpta est ex *Legenda trium sociorum* cap. V. Aliqui, ut Papinius, haec anno 1205 adscribunt; sed non recte. Vide Patrem, in opere citato.

(3) Leg. cit. c. VI.

(4) *Nono* verius.

(5) Anno 1206 Imperator erat Otto IV: Henricus iam intererat ab anno 1197.

(6) Non anno 1209, sed 1208 haec evenisse certo constat: vide Patrem *op. cit.*

Bernardus de Quintavalle, vir venerabilis, in iure civili doctior ac ditior et sapientior omnibus, Assisinatis, cuius consilio (*a*) tota civitas regebatur (1); qui tante sanctitatis ex(ti)tit, quod Beatus Franciscus illum magno venerabatur et frequenti commendabat eloquio, et in sua absentia magnis extollebat laudibus, et moriens precipuam dedit benedictionem (2).

Petrus Cathani, Canonicus ecclesie maioris de Assisio, in conversione laudabilis, sed laudabilior in progressu, quia sicut sancte incepit, sanctius consummavit. Hunc beatus Franciscus, suum vicarium instituit, et in suis manibus generalatus officio renunciavit (3).

Egidius, vir simplex et rectus ac timens Deum, ad tertium coelum usque raptus, archana Dei conspexit: ideo multa utilia, et preclara dixit. Hi quatuor perfectissimi viri coniuncti, ad (2r:) profectum animarum, bini et bini divisi ad duas partes, seu provincias perexerunt, homines ad poenitentiam simpliciter animantes. Tandem ad Sanctam Mariam reversi, tres alii viri infrascripti, ad Beatum Franciscum venerunt (4).

Sabatinus, cuius vita virtutibus plena cunctis erat sanctitatis exemplum, vir, nempe, perfectionis magne. Cuius corpus Rome in Araceli requiescit (5).

Moricus parvulus, de Ordine Cruciferorum ad Ordinem Minorum veniens, tante fortitudinis extitit, ut longo tempore ad carnem loricam tulit, et crudis dumtaxat cibariis, herbis, videlicet, leguminibus, fructibusque contentus, nec panem nec vinum gustans, fortis tamen et incolumis perseveravit. Cuius corpus miraculis clarum in Urbevetere quiescit (6).

Iohannes de Cappella, in miro hedificio non positus in caput anguli, sed reprobatus. Hic de rebus necessariis procurator erat Fratrum, et quia nimis abunde providebat, et laxabatur in regulari disciplina, pluries fuit a beato Francisco reprehensus, et suum eventum ei predictum: qui nolens se corrigere, leprosus effectus, unde non valens patienter infirmitatem subire, Ordine egressus, et primus in Ordine apostata factus, tandem laqueo se suspendit (7).

Philippus Longus. Hic inter alia, calculo ignito, ab angelo mundari labia meruit: ex quo Sacras Scripturas intelligens et interpretans, verba de Iesu melliflua eructabat. Hic post mortem fratris Ambrosii, Monaci Cisterciensis, primus visitator Ordinis Sancte Clare extitit (8).

(*a*) Cod. *consolio*.

(1) Iisdem verbis commendatur in *Chron. XXIV Gen.* pag. 35, lin. 20-21, *An. franc.* III. Quaracchi 1897.

(2) Plura de tanto viro reccollegit Pater Lemmens in *Fragmenta minora: Catalogus Sanctorum fratrum*, pag. 3; Romae 1903.

(3) I. Cel. n. 25; *Spec. perf.* Sab. II; Jord. 11. Cfr. plura in Golubovich *Bibliotèca*, t. I p. 119.

(4) I. Cel. n. 25. De hac missione, quam aliqui in dubium vocant, alibi fusius, cum Legenda trium sociorum discutietur.

(5) *Chron. XXIV Gen.* pag. 265, et *Conf.* fr. VIII, pag. 248, l. 40, in *Anal. franc.* tom. III et IV.

(6) Ita etiam Pisanus fr. VIII, pag. 250: et ante eum *Catalogus an. 1335*, pag. 13: *Chron. XXIV Gen.* e converso asserit corpus Morici asservari in Assisio: sed forte plures Morici in unum confusi extiterunt.

(7) *Act.* c. 1. (ed. Sab.) n. 3; Bern. a Bessa (*An. franc.* III, p. 668); *Chron. XXIV Gen.* (pag. 4. in *An. franc.* III): Pisan. pag. 178 et 440, (*An. franc.* IV).

(8) I. Cel. 25. O; *Act.* c. I. n. 6. Cfr. Golubovich *Biblioteca*, t. I p. 128.

Hi octo Fratres, bini et bini divisi, ad quatuor partes gressus suos dirigunt; frater autem Bernardus et frater Egidius cum Florentiam venissent, ibidem a pueris opprobria quam plurima et iniurias pro Christo patienter tulerunt. (2v:). Hospitio tamen capto apud ecclesiam Sancti Galli extra civitatem in societatem suam aliqui viri florentini receperunt (*sic*): videlicet frater Iohannes Bonellus, quem Beatus Franciscus misit postea ad Proventiam, primum Ministrum: frater Monaldus, vir angelicus, qui in Capitulo Arelatensi vidit Beatum Franciscum in modum crucis; Frater Joseph qui miraculis claruit, in ecclesia Sancti Galli sepultus (1).

Dum autem supradicti fratres, socii Beati Francisci, sic per mundum, predicando magis exemplo quam verbo, irent, Beatus Franciscus Assisium reversus est. Quo tempore quatuor alii boni et idonei viri, erogatis bonis suis pauperibus, ad Religionem venerunt, videlicet: Iohannes a Sancto Constantio, vir simplex et dilectus inter coeteros a Beato Francisco, propter suam humilem conversationem: in Sancta Maria de Angelis sepultus (2).

Bernardus, vir sanctissimus, et frater Bernardus de Viridante, in omni virtute decorus (3).

Frater Silvester, qui fuit primus sacerdos Ordinis, et tante sanctitatis et gratie, quod cum Iesu Christo loquebatur, sicut amicus cum amico (4). His itaque viris a beato Francisco receptis, benignus Pater ceterorum, qui in dispersione erant, exoptans presentiam, cum in unum eos per se convocare non posset, per eum orabat hoc fieri qui [a] dispersione congregat Israel. Sicque factum est ut, absque humana vocatione, omnes et etiam illi quos et ipsi Florentie receperant, ex insperato post modicum temporis, iuxta eius desiderium, divina operante elementia, non sine eorum admiratione pariter convenerunt.

Itaque quum sunt omnes congregati, scripsit Beatus Franciscus sibi et Fratribus suis simplicibus verbis formulam vite, in qua Sancti Evangelii observantia pro fundamento indissolubili collocata, pauca quedam alia inseruit, que ad uniformem vivendi modum necessaria videbantur. Qua conscripta, omnes unanimes Romam versus iter arripuerunt, eligentes in ducem et caput fratrem Bernardum de Quintavalle (3r:), ut quocumque ipse declinare vel hospitari vellet, omnes declinarent vel hospitarentur.

Cum transisse[n]t per Reatinam civitatem, invenerunt militem quemdam, nomine Angelum Tancredum, cui Beatus Franciscus ait: « Domine Angele, cingulum, ensem et calcaria militaria, tempore magno tulisti: oportet modo ferre pro cingulo rudem funem, pro ense Christi crucem, pro calcaribus lutum et pulverem. Igitur venias post me, et faciam te militem Iesu Christi ». At ille statim relictis omnibus, factus frater, secutus est eum. Hic fuit primus miles, qui Ordinem intravit, magne curialitatis et discretionis et benignitatis, quem Beatus Franciscus tantum dilexit, usque ad mortem semper pro cappellano habere voluit, et in Ordinis negotiis semper secum duxit (5).

---

(1) I. Cel. 48; Pis. cit. p. 253; *Chron. XXIV Gen.* pag. 23 et 230.

(2) *Conf.* fruc. VIII, pag. 177 et 243; *Chron.* cit. p. 4 et 252.

(3) *Cat.* cit. p. 43, n. 6; *Conf.* loc. cit. p. 177, 243, et 362; *Chron. XXIV Gen.* p. 4.

(4) *Leg. 3 Soc.* c. IX; II. Cel. n. 109 etc.

(5) *Cat.* cit. p. 5; *Spec.* Sab. 67; *XXIV Gen.* p. 252; *Conf.* multis in locis.

Cum Beatus Franciscus pervenisset Romam, quamprimum accessit ad palatium Lateranense, ubi in loco, qui dicitur Speculum, invenit Christi Vicarium deambulantem, qui in altis videbatur occupatus meditationibus, qui Beatum Franciscum tamquam ignotum repulit indignanter. Qui humiliter foras ingressus, invenit Dominum Guidonem, Episcopum Assisii, a quo cum ingenti gaudio fuit receptus. Et audita causa adventus sui, recommendavit illum Domino Iohanni Columna, Episcopo Cardinali Sabinensi, qui obtulit se ei procuratorem coram summo Pontifice.

Interim Innocentio papae, sequenti nocte, huiusmodi revelatio facta est a Deo. Videbat namque inter pedes suos palmam paullatim succrescere, et in arborem pulcherrimam elevari. Et eo mirante, quid hec visio vellet ostendere, divina lux impressit menti ipsius, quod hec palma illum pauperem, quem precedente die repulerat, designabat. Vidit etiam quod ecclesia Lateranensis minabatur ruinam, et quidam modicus despectus religiosus eam substentabat, proprio dorso submisso. Evigilans ergo, mane sequenti, misit per urbem dictum pauperem queri. Quem invenerunt (3r:) iuxta Lateranum, in hospitale Sancti Antonii; ante conspectum suum celeriter iussit adduci. Dum autem querebant, Dominus Cardinalis intrans ad Pontificem, quomodo invenerat virum perfectissimum retulit, et coram Sua Sanctitate presentavit.

Beatus autem Franciscus Summo Pontifici propositum suum patefecit, petiitque ab eo sibi Regulam confirmari. Respiciens eum Dominus Papa ita ferventem in Dei servitio, atque conferens de visione sua, coepit intra se dicere: «Vere hic est ille vir religiosus et sanctus, per quem sublevabitur et substentabitur Ecclesia Dei». Et sic amplexatus est eum, et Regulam, quam scripserat, approbavit. Dedit etiam sibi licentiam predicandi ubique poenitentiam, ac Fratribus suis, ita tamen quod qui predicaturi erant, ab eo licentiam obtinerent. Et exortans eos de multis, benedixit eis, dicens: «Ite cum Domino, fratres, et sicut ipse vobis inspirare dignabitur, omnibus penitentiam predicate. Cum autem omnipotens Deus vos multiplicaverit numero et gratia, referetis nobis, et nos plura his concedemus, ac maiora vobis securius committemus». Ad procurationem etiam prefati Cardinalis, voluit omnes illos duodecim fratres esse clericos. Ideo fecit fieri eis coronas, et instituit Beatum Franciscum Generalem Ministrum omnium Fratrum suorum, qui, tunc ibi erant presentes, et futuri. Tunc Beatus Franciscus promisit humiliter et devote Domino Pape obedientiam et reverentiam; et socii sui, ex precepto Pontificis Beato Francisco similiter promiserunt obedientiam; et suscepta benedictione, ad vallem Spoletanam redierunt. Acta sunt hec circa annum Domini **1210** (1).

Reversus itaque Beatus Franciscus in vallem Spoletanam, cepit circuire civitates et castra, ubique amplius et perfectius predicare, non in persuasivis humane sapientie verbis, sed in doctrina et virtute Spiritus Sancti, annuntians fiducialiter regnum Dei. Ceperunt proinde nobiles et ingnobiles, clerici et laici, divina inspiratione afflati, eius vestigiis adherere, abiectisque secularibus pompis et curis, sub ipsius vivere disciplina. Inter quos plurimi (4r:) magnis clari virtutibus fulserunt (*a*), videlicet: Leo columbinus, Sancti Patris secretarius et confessor

(*a*) Cod. *fluxerunt.*

(1) Nihil solidi contra hanc chronologiam afferri potest. Cf. Patrem cit.

et cancellarius, quem propter eius vite simplicitatem singulariter diligebat, et Fratrem pecorellam Dei frequenter nominabat. Hic multa scripsit de verbis et intentionibus Beati Francisci. Insuper vitam et gesta fratris Bernardi de Quintavalle, et fratris Aegidii, tertii socii Beati Francisci exaravit. Gesta quoque Sancti Patris in statu mundano annotavit; plurimis etiam miraculis vivens clarus, migravit ad Dominum (1).

Ruffinus Ciffj de nobilioribus de Assisio, consanguineus Sancte Clare. Qui virgo extitit purissimus, orationis et contemplationis prerogativa sublimis. Odorifere insuper conversationis floridus, coram Deo et hominibus, virtutibus multis et gratiis spiritualibus ornatus (2). Hic de mandato Capituli Generalis cum fratre Angelo et fratre Leone, *legendam* edidit Beati Francisci, que *trium Sociorum* dicitur.

Masseus Marignanus, vir utique magnus, orationis et lacrimarum, semel tantum in die comedens, multumque vigilans. Erat insuper gratiosi aspectus, naturali sensu (*a*) ornatus et precipue discretionis ac devoti eloquii, quem libentius pro socio ducebat Franciscus, propter adiutorium quod ei impendebat, dum erat in contemplatione, secularibus satisfaciendo et ipsum occultando, ne ab illis impediretur (3).

Juniperus, vir simplex et rectus: qui propter perfectam cognitionem proprie vilitatis, usque ad perfectum statum patientie devenit. Hic etiam propter profundam humilitatem suam et summum desiderium imitandi Christum per signum crucis, plus cupiebat vituperari, quam aliquis frater sui temporis, ex quo iniuriis lacessitum (*b*) nullus numquam turbatum vidit. Ex quibus demones presentiam suam valde timebant. Beatus Franciscus ipsum laudans, dicere consueverat: « Utinam de talibus Juniperis, magnam silvam haberem ». Hic Rome in pace quievit, ibidem sepultus (4).

(4v:) Illuminatus de Reate, vir luminis et virtutis clarus. Hic cum Beato Francisco ad Soldanum ivit (5).

Augustinus de Assisio tanta perfectione claruit, quod Beatus Franciscus misit eum primum Ministrum ad Terram Laboris. Sanctitatem huius, pariter et fratris Illuminati, Dantes poeta testatur, capitulo duodecimo, tertie Cantice, ponens eos inter Doctores, quamvis humana scientia caruisse(n)t, cum ut sol mundum lustrasse(n)t exemplo et sanctitate. Hic Neapolin requiescit (6).

Leonardus et frater Stephanus, sanctitate clari et socii speciales Beati Francisci (7).

(*a*) Cod. *naturalis sensus.* — (*b*) Cod. *lacessitus.*

---

(1) Cf. *Catal.* p. 4; ubi citantur plura testimonia; et Sab. in edd. *Speculi, Actus,* et *Bartholi.*

(2) I. Cel. 95; *Spec.* Sab. 85; *Act.* 31-35; *Cat.* p. 6.

(3) *Spec.* Sab. 85; *Catal.* cit. p. 6; Bartholi, *De Ind. Port. Intr.*

(4) *Cat.* ubi colliguntur omnia testimonia, quae habentur.

(5) A Papinio (Stor. I. pag. 121, n. 6) referuntur documenta certa eius conversionis. Cf. G. Golubovich (*Biblioteca bio-bibl.* t. I p. 30-34), ubi multa perspicue enucleantur.

(6) Cf. II. Cel. n. 218, et *Tract. de Mir.* 116; Bern. a Bessa, p. 669: *Chron. XXIV Gen.* asserit sepultum esse Capuae (p. 226); *Conf.* concordant cum Mariano (pag. 523), et cum *Catal.* ed. a P. Lemmens, p. 21.

(7) Cf. Bessa (pag. 669), *Cat.* cit. (pag. 12 et 30), *Chron. XXIV Gen.* (p. 248, 249), Pis. p. 345, 537, 244. Golubovich *Biblioteca* cit. t. I p. 126-28.

Iacobus de Assisio omni laude dignissimus, cuius corpus Fogie requiescit, provincie Sancti Angeli, miraculis clarens (1).

Theobaldus de Assisio, qui tanta claruit sanctitate, ut iniuncta sibi obedientia a prelato, super flumen Tiberis, propriis pedibus ambulavit, clamantibus et mirantibus omnibus circa flumen astantibus, ne transiret. Hic, miraculis clarus, apud Ortam sepultus est (2).

Simon de Assisio, vir solitarius et magne contemplationis et speculum lucide sanctitatis et omnium virtutum. Qui licet nunquam grammaticam didicisset (*a*), tamen tam profunde et tam alte de Deo loquebatur. Cuius miracula, auctoritate Gregorii noni, episcopus Spoletinus approbavit (3).

Symon de Collazone, scientia et sanctitate prefulgidus, per Beatum Franciscum missus est in Germaniam, ut ibidem Religionem dilataret. Hic multis fulgens miraculis, inter alia puerum submersum in aquis molendini, invocatione eius facta a matre, resuscitavit (4).

Iohannes de Laudibus. Hic suo tempore fuit fortissimus corpore super omnes fratres, et vivente Sancto Francisco, tangere meruit vulnus eius laterale. Cuius corpus Bittonii cum Sancto Tripolito requiescit (5).

Postquam Beatus Franciscus multiplicavit filios, binos ad predicandum per Italiam dispersit, regionesque varias cuilibet eorum assignavit. Et ut exemplum aliis de vera obedietia demonstraret, ipse primus, electo fratre Silvestro pro socio, per Etruriam iter arripuit, et per diversas civitates (5r:) et castra, plurimos ad Religionem recepit, qui virtutibus et miraculis mundum et Ordinem clarum fecerunt, inter quos hii praecipui fuere, videlicet:

Humilis de Perusio, vir innocens ac timens Deum, recedensque a malo omni tempore vite sue, qui tandem commonitus a Deo, mundo renuntians, ingressus Religionem, solitariam vitam duxit apud ecclesiam Sancti Galli, denique a seculo migrans, miraculis clarus, in sancta Cruce sepelitur (6).

Guidus de Cortona, a sua pueritia, in Dei amore nutritus, litterisque eruditus, adhuc in seculo degens, ieiuniis, vigiliis, orationibus et visitationibus infirmorum et pauperum servitio vacabat. In Religione autem orationi et contemplationi semper intentus erat, et populo solempniter proponebat verbum Dei. Hunc etiam Deus mundo miraculis dedit gloriosum (7).

Helias etiam de Cortona, vir utique sapientia et prudentia naturali in orbe famosus, a tota cur[i]a romana et imperiali dilectus, vi-

(*a*) Cod. *didiscet.*

(1) *Tract Mir.* Cel. n. 116; *Dial.* 91; *Catal.* 21; *Chron. XXIV Gen.* p. 498; Pis. p. 295, et 531.

(2) *Dial.* p. 17; *Cat.* p. 12; *Chron. XXIV Gen.* p. 265; Pis. 249.

(3) Simon de Assisio, ut bene adnotat Papinius (*Storia* II. 211), non est confundendus, ut plures faciunt, cum Simone de Colazone. Cf. *Actus.* ed. Sab. c. 73; Bessa, pag. 668; *Cat.* pag. 10, ubi tamen non recte dicitur de Spoleto; melius Pisanus praefert locum Brunfortii (pag. 244).

(4) Salimb. ed. Parm. pag. 146; *Chron. XXIV Gen.* p. 254; Pis. p. 240.

(5) *Spec.* Sab. c. 85; Salimb. ed. Parm. p. 410; Bessa, p. 668; *Chron. XXIV Gen.* 226; *Conf.* cit. fruct. VIII. p. 243, 504, 618.

(6) *Cat.* p. 14; *Chron. XXIV Gen.* p. 285; *Conf.* cit. p. 252, 429, 518.

(7) Cf. Pis. 261 et 519.

carius Beati Francisci in toto orbe, et Generalis post mortem Sancti electus, Cortone mortuus est, recognita culpa sua (1).

Victus de eadem urbe. Hic tanta religiositate et zelo religionis micuit, ut fama sua ad longinquas partes diffundebatur, qui etiam Minister in Greciam missus est (2).

Benedictus de Aretio, vir magne sanctitatis, et socius predilectus Beati Francisci, primus Minister in Grecia, Iohannem imperatorem ad Ordinem recepit (3).

Iohannes Parens, iuris peritus, uxore defuncta, cum unico filio factus est frater. Qui tanta in Ordine emicuit sanctitate, ut a Beato Francisco dignus omni reverentia iudicabatur. Unde ipsum primum Ministrum totius Hispanie constituit, quo ipsum cum multis fratribus ad dilatandum Ordinem transmisit. Denique post Sancti Francisci obitum, primus Minister Generalis totius Ordinis electus est. Qui etiam fuit miraculorum gloria decoratus (4).

Michael de Albertis, miraculis clarus, in ecclesia Sancti Galli, cum aliis pluribus sepultus est, et supra dictum (5).

Angelus de Pisis, vir omni perfectione decoratus. Hunc Beatus Franciscus, misit primum Custodem in Franciam, ubi Parisius fundavit Conventum (5v): deinde missus fuit primus Minister in Angliam (6).

Albertus de Pisis in Anglia successit in officio Ministeriatus fratri Angelo supradicto, in Germania fratri Cesario, in Hyspania fratri Iohanni Parenti; postremum electus fuit Generalis Minister totius Ordinis (7).

Anno Domini **1212**, et 13 pontificatus Domini Innocentii tertii et primo Imperii Federici secundi, et tertio ab inceptione (8) Ordinis Minorum, Beatus Franciscus instituit secundum Ordinem Pauperum Dominarum, cuius prima plantula fuit nobilissima virgo Clara, cum sua sorore Agnese, quas ipse Beatus Franciscus perpetuo carceravit in ecclesia Sancti Damiani. Proinde secuta est felicissimas filias, mater earum nobilissima, Ortulana nomine. Postea alia filia Beatrix nuncupata, et duo nepte, scilicet Amata et Balbina, cum pluribus aliis, sub arcta clausura et paupertate fratrum Minorum (9).

Agnes, illustrissima filia Otherchi (10) Regis Bohemie, Federico secundo iam desponsata, audita fama et fervore sanctissime Clare,

---

(1) Helias, non Cortonae, sed Boviliae apud Assisium natus est. Fuit Minister Generalis post mortem Sancti Francisci, sed non immediate; successit enim Iohanni Parenti.

(2) Omnia quae de tanto viro habentur collegit P. Golubovich, in sua *Biblioteca bio-bibliografica*, t. I pag. 139, 177.

(3) Critica severa usus, memorias B. Benedicti de Aretio ordinavit perpulchre laudatus P. Golubovich in cit. *Biblioteca bio-bibliografica*, t. I p. 129-149.

(4) *Catal.* p. 44; *Chron. XXIV Gen.* p. 210-215; Pis. 262, 517.

(5) Hucusque nihil de hoc viro reperi.

(6) Ecclest. *De Adv.* etc. (*Anal. franc.* tom. I, 217 et seq.).

(7) Ecclest. cit. p. 243; Iord. n. 31 et seq.

(8) Inceptio Ordinis hic significat approbationem Regulae.

(9) Cf. Vita a Thoma de Celano confecta, in *Act. SS.*

(10) Nomen proprium est Premislaus; Otherchus, rectius Ottokarus, nomen est adscitum. Plurae afferuntur epistolae Sanctae Clarae, ad Sanctam Agnetem, de quarum authenticitate non infirmis argumentis dubitavit P. Affò in sua *Risposta dell' autore della vita di fr. Elia, Ministro Generale de' Minori, stampata in Parma nel 1783, alla lettera dell' anonimo Pisano etc.* pag. 21 e 22.

celesti afflata spiritu, Imperatori terreno renunciavit, constructoque monasterio in civitate Pragensi, cum aliis quamplúribus virginibus, sub eodem habitu et Regula et paupertate Sancte Clare se reclusit. Quam famam cum audisset Beata Clara, per nuncios, quos ipsa Sancte Clare direxerat, Dominum Deum collaudavit, et ei aliqua munuscula trasmisit, scilicet velum, vas, in quo comedebat, et ciffum. Que omnia Beata Agnes auro et gemmis ornavit. Harum fama róborante per mundum, multiplicare ubique ceperunt monasteria, multe filie Regum, Ducum, Comitum, et Baronum mundum deserentes, prefatarum exemplo, sponso celesti sunt iuncte. Verum post monasterium Sancti Damiani, primum quod erectum (*a*) fuit, est monasterium Montecelii apud Florentiam, in quo Beatus Franciscus destinavit abbatissam sanctissimam Agnetem, sororem Sancte Clare (1).

Ordine Pauperum Dominarum instituto, incidit (*b*) Beatus Franciscus in magnam dubitationis cuiusdam agoniam, utrum videlicet orationi vacaret, aut predicando per mundum discurreret. De hac igitur dubitatione (6r:) tandem certificatus, a Deo scilicet, qui non vocaverat eum per se tantum, sed propter salutem aliorum, protinus surgens succinxit se, et iter agressus (*c*) cum fratre Masseo et fratre Angelo venit ad castrum, quod dicitur Canarium, ubi in tanto fervore predicavit, quod omnes illi de Canario, viri et mulieres, volebant, relicto Castro, ire post eum. Sanctus vero Franciscus ait illis: «non festinetis; ego ordinabo, quod pro salute vestra facere debeatis». Et ex tunc cogitavit facere Tertium Ordinem, quem postmodum, anno 1221, scripta Regula, Florentie instituit (2).

(Continuabitur).

(*a*) Cod. *electum.* — (*b*) Cod. *incipit.* — (*c*) Cod. *ingressus.*

---

(1) Cf. *Bull. franc.* tom. I. p. 3, in nota.

(2) De Tertio Ordine, re non satis adhuc explorata, fr. Marianus scripsit integrum Tractatum. Quae ergo hic habentur non parvi æstimanda sunt, nec eviter respuenda.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Exinde cupiens totum mundum salvare et ad Christum convertere, cepit sepius per loca vicina Assisii predicare, et desiderio martyrii flagrans, iter disposuit arripere [ad] Soldanum Babilonie, ut ei fidem Christi predicaret (2). Ob quam causam, relicto suo Vicario fratre Petro Cathanii (3), Romam petiit (4) ad Dominum Papam pro benedictione et licentia. Verum antequam de Urbe recederet, predicavit et aliquos ad penitentiam et Religionem recepit, videlicet:

Zacharias romanus (5), vir nempe sanctus et miraculis clarus, quem postmodum Beatus Franciscus in Hyspaniam destinavit.

Guillelmus de Anglia (6), qui tanta emicuit sanctitate, quod associatus fuit, velut alter Mathias apostolorum Collegio, duodecim sociis Beati Francisci, remoto Fratre Iohanne de Capella (7).

Secutus est eum quedam nobilissima matrona nomine Iacoba de Septemzonis vidua (8), que meritis Beati Francisci tantam consecuta est gratiam, quod semper plena lacrimis et devotione, pre amore et dilectione Christi, videbatur quasi altera Magdalena. Cuius corpus cum Beato Francisco sepultum est.

Relicta urbe, anno iam dicto **1212**, per Marchiam discurrens et Anconam pergens, ad civitatem Esculanam applicavit. In qua verbum (**6v**) Dei, more solito, ferventissime locutus est (9). Triginta viri clerici et laici tunc ab eo sancte Religionis habitum susceperunt. Exinde recedens, ad lictora maritima applicavit, ubi navem conscendit, que ad partes Sirie transf[r]etabat. Sed ventis contrariis flantibus, compulsus est in Sclavonie partibus applicare. Cum igitur moram aliquandiu contraxisset ibidem, nec invenire potuit navem tunc transf[r]etantem, cum nulla potuit ipso anno transf[r]etare. Fraudatus a suo desiderio se sentiens, Anconam (10) transmeavit (*a*). Cum autem relicto mari, terram perambulare predicando cepisset, statim quamplures viri clerici et laici, fugientes mundum, secuti sunt viam et propositum eius (11).

Inter quos sanctitate emicuit Pacificus, scholaris et chantionum curiosus inventor, qui ab Imperatore propter hoc fuerat coronatus, et

(*a*) Cod. *transmeruit*.

(1) AFH I, 98-107. (2) I Cel. c. 20. Golubovich, BTS I, 15, 86, 122.
(3) De ipso *Sp. Sab.* c. 39, p. 70 nota. *Sp. Lem.* c. 14. DAF II, 40. Golubovich, BTS I, 119-26. Ed. Alenc. *Epistolam S. Francisci ad Ministrum Generalem in sua forma authentica nunc primum edidit cum appendice de Fr. Petro Catanii*, Romae 1899. (4) Apud antiquos auctores deest hoc. (5) CG 12. *Conf.* 10.
(6) *Catal.* 5. CG 217. *Conf.* 178, 193. (7) Cf. AFH I, 101.
(8) *Tract. Mirac.* 373-5, n. 37. *Sp. Sab.* c. 112, p. 273-77. Ed. d'Alençon, *Frère Jacqueline* ap. *Etudes Francisc.* II, 1899, 5-20, 225-42; seorsim, Paris 1899.
(9) I Cel. c. 22, 64 s. (10) I Cel. c. 22, 57. Cf. AFH I, 505 ss.
(11) I Cel. l. c. 58, l. 13 ss.

inde rex versuum dictus (1). Qui postmodum in omni sanctitate proficiens, ut (!) Beatus Franciscus eum socium specialem assumeret, ac primum Ministrum in Franciam micteret (2).

Reversus Beatus Franciscus ad Sanctam Mariam de Angelis, postquam ad Soldanum ire vi ventorum prepeditus fuerat, versus Marrochium iter arripuit, anno **1213**, ut crudelissimo Miramolino Regi et genti eius Christi evangelium predicaret (3), et veniens ad oppidum Burgi Sancti Sepulchri inter alios quos ad Ordinem recepit, fuit: Angelus de Burgo (4), nobilis et delicatus iuvenis, qui virtutibus et gratiis plurimum fulsit, ac Ordinem sua sanctitate illustravit.

Recedens Beatus Franciscus de Burgo, venit ad Castrum Sancti Leonis, ubi festum Comitis de Monte Feltro celebrabatur (5). In quo festo predicavit Beatus Franciscus, ubi inter alios qui intererant predicationi fuit Comes Orlandus de Clusio, qui post predicationem obtulit Beato Francisco montem Alverne (6). Prosequens iter suum Beatus Franciscus versus Marocchium venit in Hyspaniam, (7r:) ubi dispositione divina, que ipsum ad alia reservabat, gravissime infirmatus est (7). Verum postquam aliquantulum ex infirmitate convaluit, limina apostoli Iacobi visitavit, ante cuius altare fuit sibi a Domino revelatum, quod ubique loca caperet per mundum, eo quod debebat Ordo per totum orbem dilatari et in magnam multitudinem multiplicari (8).

Reversus Italiam (9) beatus Franciscus, cum populus Bononiensis cognovisset adventum suum, factus est concursus fere omnium, euntes obviam ei, ita quod vix poterat ambulare per viam. Omnes, enim, ipsum videre ac tangere, tamquam angelum Dei cupiebant, ita quod ad plateam civitatis, cum pena maxima potuit pervenire. Ubi surgens in medio, tam miranda et stupenda, dictante Spiritu Sancto, predicavit, quod maximam multitudinem hominum convertit et aliquos habitum Ordinis induit, inter quos fuerunt duo studentes de nobilioribus de Marchia Anconitana, videlicet:

Peregrinus (10). Hic per humilitatem suam, licet esset litteratus et in decretalibus quam optime instructus, numquam voluit esse clericus, sed laycus. Ex qua re ad maximam pervenit perfectionem virtutum et specialiter ad gratiam compunctionis et amoris Domini nostri Iesu Christi. Hic in vita et post mortem multa miracula fecit, in loco Sancti Severini, ubi humatus est.

Riccerius (11), familiarissimus et charissimus Beato Francisco propter zelum Dei, qui semper in corde suo ardebat. Hic cum maxima

(1) II Cel. n. 106, 249. *Leg. Mai.* IV, 9; XIII, 10.

(2) *Sp. Sab.* c. 65, 122. *Sp. Lem.* c. 37. CG 7 s. 10. *Conf.* 285, 501. Cosmo Umb. *Frate Pacifico « Rex Versuum »* in: *Giornale storico della letteratura italiana,* XXXVIII, Torino 1901, 1-40. (3) I Cel. c. 20, 58. *Leg. Mai.* IX, 6.

(4) *Actus* c. 29. *Fioretti* 26. *Conf.* 254, 505.

(5) *Actus* c. 9. *Fioretti* append. *Sp. Sab.* 305.

(6) Sbaralea, BF IV, 166 nota h. (7) I Cel. c. 20, 58-9.

(8) CG 9. *Actus* c. 3. *Fioretti* c. 4. (9) Ex *Conf.* 478; cf. *Actus* c. 3.

(10) Ex *Conf.* 283. Cf. I Cel. c. 18, n. 49. *Actus* c. 36.

(11) *Conf.* 284 s. *Actus* c. 37. Lemmens, *Intentio Regulae:* DAF I, 83ss. *Sp. Sab.* c. 2 nota, c. 16. *Bessa* 668 s. CG 225. *Cat.* 9. P. Fernando, *Memorie istoriche della provincia di Bologna,* Bologna 1717, 172 s. Giacinto da Cantalupo, O. F. M, *Cenni biografici sugli uomini illustri della Francescana Osservante Provincia di Bologna.* Parma 1894, 320-3. Cf. infra. Hic cum Rogerio Tudertino confunditur.

discretione rexit in officio ministeriatus Provinciam Marchie, sequens Christi exemplum, qui voluit prius facere quam docere. Hic tot signis sanctitatis corruscavit, ut Gregorius nonus apud Tudertum, ubi sacre ipsius requiescunt reliquie, concessit memoriam celebrari.

(7v:) Bonitius de Bononia (1), de mundialibus etiam conversus, et ad Religionem receptus, in Religione sanctissime vixit. Hunc Beatus Franciscus libenter secum ducebat in locis et rebus arduis, quia erat vir providus et resolutus. Hic cum Beato Francisco in Monte Rainiero fuit, quando, Christo revelante, Regulam scripsit et vocem eius in aerem Ministris ibidem congregatis dicentem audivit, quod volebat eam ad litteram et sine glosa intelligi ac servari.

Relicta Bononia, Beatus Franciscus in vallem Mugelli descendit, ubi omnes monachos Sancti Ilarionis (2), Dei spiritu inflammatos, ad suam Religionem et habitum recepit, simul cum Abbatia, possessionibus Monasterii abdicatis. Audientes autem filii Patris reversionem, ad eum visitandum veniebant. Inter quos venerunt illi (3) qui montem sacrum receperant Alverne, annuntiantes ei dispositionem loci, et quomodo erat valde remotus et aptus contemplationi divine. Qui cum gaudio hoc audiens, ad ipsum montem se contulit, in cuius adventu multitudo diversarum avium confluit ad eum, et ad ipsum cum hilaritate et cantibus et alarum ioco undique concurrentes, alique ponebant se super caput eius, alique super spatulas et alique super brachia. Quod cernens Beatus Franciscus dixit: Credo, quod Domino nostro Iesu Christo placet, quod in loco isto unum locum faciamus, tantam de nostro adventu letitiam ostendunt sorores nostre aves. Recipiebat (4) se in isto monte quidam magnus et crudelissimus latro, qui propter immanitatem et damna Lupus vocabatur. Qui cum obviaret Beato Francisco et improperia plurima diceret, et ab eo verba humillima et divina audiret, conversus, tamquam mansuetus agnus pedibus eius provolutus, humiliter petiit ut eum reciperet in Fratrem. Recepit eum Beatus Franciscus et vocavit Fratrem Agnellum, qui sanctissime in ordine vixit.

(8r:) Anno Domini **1215** beatus Franciscus transiens per Romandiolam, volens ire in Marchiam, quidam Sacerdos parrochialis nomine Christophorus (5), spreto seculi luxu, beatum Franciscum habitu et conversatione secutus est. Qui in Ordine vivens 55 annis, virtutibus et miraculis plurimis claruit. Ingrediens proinde Marchiam, in montibus apud Fabrianum hospitatus est, cum quodam plebano nomine Raynerio (6), vir utique devotus et bonus, cui Beatus Pater dixit: Adhuc pater eris de nostris. Qui plebem dimictens, Ordinem ingressus sanctissime vixit, Fabriani sepultus.

Eodem anno Beatus Franciscus venit Romam, ad concilium generale, et Dominus Innocentius coram Patribus ordinem suum approbatum pronuntiavit, et Regulam per ipsum prius sine bulla approbatam

(1) *Sp. Sab.* c. 1 nota, ubi de diversa forma nominum eius p. 256. CG 29. *Conf.* 263, 371.

(2) Ab antiquis scriptoribus hoc non refertur.

(3) *Actus* c. 9, n. 17 ss. (4) *Conf.* 443.

(5) CG 161-73. Wadding, an. 1216, n. 3, 8; 1219, 32; 1272, 12. Faloci MF II, 1887, 19.

(6) Wadding, ad an. 1215, n. 22; 1268, n. 3. Rodulphius, 100v. Faloci, VIII, 121-23. AFH I, 249s. Cand. Mariotti, *I primordi gloriosi dell' ordine minoritico nelle Marche.* Castelplanio 1903, 11ss.

manifestavit (1). Egressus vero Beatus Franciscus mane de ecclesia apostolorum, obvium habuit sanctum Dominicum (2), qui ecclesiam ingrediebatur. Qui etiam pro publicatione sui Ordinis venerat ad Concilium. Qui cum ex nutu divino se recognovissent socios missos a Deo ad revelationem mundi, in obscula sancta et sinceros amplexus irruerunt, et post multa sancta colloquia ab invicem discesserunt.

Primum Capitulum Generale Beatus Franciscus celebravit in loco Sancte Marie de Angelis, apud Assisium anno Domini **1216** (3); in quo Capitulo assignavit Provincias, elegit et instituit Ministros, eisque licentiam dedit et authoritatem, ut Fratres ad Ordinem possent recipere. Nam hucusque omnis, qui Frater fieri cupiebat, ad ipsum beatum Patrem ducebatur. Ministri autem, quos in isto Capitulo instituit, fuerunt videlicet: Ad totum regnum Hyspanie institutus est Frater Iohannes Parens de Florentia (4): ad partes Proventiae fr. Iohannes Bonellus, etiam de Florentia (5): ad regnum Francie frater Pacificus (8v:) de Marchia (6): ad partes Allamanie frater Ioannes de Penna (7). Cuilibet Ministro dedit Fratres plurimos; nam aliquis eorum sexaginta et ultra habuit, ex quibus Ordo valde dilatatus est.

Per Italiam quoque nonnulli fuerunt instituti, videlicet: in Lombardia Frater Petrus Iohannes de Stiaccia de Bononia (8): in Marchia Anchonitana Frater Benedictus de Aretio (9): in Calabria Frater Daniel Tuscus, qui etiam sacrum martirium passus est (10): in Terra Laboris Frater Augustinus de Assisio (11): in Thuscia Frater Helyas de Cortona (12). Hii sunt primi Ministri instituti per Beatum Franciscum.

Anno Domini **1218** Beatus Franciscus obtinuit a Domino Iesu Christo plenariam indulgentiam pro omnibus ingredientibus in ecclesiam Sancte Marie de Angelis, quam indulgentiam papa Honorius confirmavit et per septem episcopos pubblicavit (13).

Secundum Capitulum Generale celebratum est anno et loco quo supra, in quo ultra quinque millia Fratrum convenerunt (14), et Sanctus Dominicus cum septem Fratribus de Ordine suo et Reve-

(1) I Cel. 32 ss. II Cel. I c. 11. *Leg. Mai.* III sq. *Tres Soc.* c. 12. CG 6, 9. *Conf.* 371. 378. Ang. de Clareno, *Epistola* quaed. ALKG I, 559; cf. tamen Sabatier « *Vie* » 227. *Acta SS.* XX Oct. II, 604.

(2) Cf. II, n. 148, n. 150. *Sp. Sab.* c. 43. *Conf.* 58. Fischer l. c. 107 ss.

(3) Annus erroneus, quia res narratae sunt an. 1217: cf. AFH I, 2s.

(4) CG 34, 59, 210ss. *Catal.* 44. *Conf.* 262, 517. AFH I, 4.

(5) I Cel. c. 18. CG 22, 230. AFH I, 4. (6) AFH I, 4.

(7) *Iord.* 5. sed an. 1219. Cf. ed. Böhmer, LXXI-LXXX.

(8) *Actus* 61. Clarenus, *Chron.* 7 *Trib.* ed. Döllinger, *Beiträge z. Sektengesch.* II 445 s. (9) AFH I, 3; BTS I, 129 s. *Bartholi,* XLV nota.

(10) AFH I, 3; CG. 32. *Conf.* 296, 532.

(11) II Cel. II, 164. *Leg. Mai.* XVI, n. 6. AFH I, 3. *Conf.* 290, 528.

(12) *Hoc probari nequit:* AFH I, 2.

(13) CG 29, (an. 1223): BTS I, 87: an. 1216: sic generatim a defensoribus indulgentiae: cf. AFH I, 40. Sabatier, *Bartholi,* p. LXIX ss. — *Conf.* lib. II, conf. 2, part. 2.

(14) Sic et Sabatier, *Vie* 248; Böhmer, *Analekten* 125, sed cf. Idem in ed. *Iordani,* LXXIss. Hoc anno vix capitulum gle obtinuit: BTS I 88, et similiter res infra hoc anno relatae ad 1219 remittendae sunt. Anno 1221, quo omnes Fratres ad Capitulum gle convenerunt, nonnisi 3000 erant, *Iordan.* n. 16, e quibus *Glassb.* 18, aliique arbitrarie 5000 fecerunt: cf. *Leg. Mai.* IV, 10.

rendissimus Dominus Hugolinus Cardinalis Ostiensis. In quo Capitulo, inter cetera Beatus statuit: ut quolibet sabbato solempniter celebraret[ur] una missa de beata Virgine, et quod in memoria Apostolorum, que fit singulis horis in officio Beate Virginis, nomina Apostolorum Petri et Pauli exprimerentur, cum prius, secundum Romane Ecclesie consuetudinem, non fieret memoria nisi omnium Apostolorum (1). In hoc etiam Capitulo misit Fratres ad Provinciam Anglie, ut in regno prefato Ordinem diffunderent, ubi Ministrum instituit Fratrem Angelum de Pisis (2). In Greciam etiam destinavit Fratrem Benedictum de Aretio (3), primum Ministrum illum ibidem instituit. In Affricam quoque ad Saracenos cum nonnullis Fratribus misit Fratrem Egidium, suum tertium socium (4).

(9r:) Ad regem Marrochiorum misit etiam sex perfectissimos Fratres, videlicet fratrem Vitalem, fratrem Berardum de Carbio (5), fratrem Petrum de Sancto Geminiano, fratrem Adiutum, fratrem Accursium et fratrem Octonem, qui ab ipso rege sacrum martirium acceperunt 16 ianuarii die, anno Domini **1220** et Ordinis 11.

Anno Domini **1219** in prefato Capitulo Beatus Franciscus fratrem Helyam de Cortonio suum Vicarium supra totum Ordinem instituit (6), et duodecim fratribus electis ad Provinciam Soldani se contulit, cui constantissime fidem nostram predicavit. Soldanus autem eum libentissime audivit, et munera preciosa obtulit, que omnia Beatus Franciscus, quasi lutum sprevit (7). Tamdemque post multa peracta, commonitus a Deo in Italiam reversus est.

Anno Domini **1220** Beatus Franciscus (8) applicuit Venetias et Bononiam, ubi ab omnibus honorifice fuit receptus cum gaudio et omnium applausu, et precipue a Domino Hugolino, protectore, legato Sancte Romane Ecclesie (9), cum quo Florentiam veniens (10), et reperiens devotionem maximam populi ad poenitentiam animati, composuit

---

(1) Haec decreta e *Mariano* ap. Wadding, *ad an.* 1219, n. 30. *Chronol. hist. leg.* I, Neapoli 1650, 11.

(2) Error Mariani, quia an. 1219 ut Custos Parisiensis missus fuit: *Ecclest.* 159ss. 254ss, 297ss.; et anno 1224 in Angliam venit: *Ecclest.* l. c. Felder, *Studien,* 159ss. 254ss.; *Etudes,* 168ss. 265ss.

(3) Golubovich, BTS I, n. 29, 36, 49; sed nequaquam fuit primus minister: *ibidem* l. c. 135.

(4) L. c. I, p. 105. CG. 78. Lemmens, DAF I, 42, 67. AFH I, 274.

(5) *Iord.* n. 7s; CG 15ss., 22. *Conf.* 322s. *Passio* ap. AF III, 579-96. *AA. SS. Ian.* II, 65-9. *Portugalliae Monum. Historica. Script.* I, Olisipone 1856, 105-13. Revera nonnisi 5 martyrium passi sunt, cum Vitalis morbo in Hispania retineretur, sed etiam in *Catal.* 43, martyr apud Sibilliam obiisse dicitur.

(6) Error manifestus; *Iord.* n. 9, 14. Elias erat tunc minister Syriae. Golubovich, BTS I, 1ss., 87ss. 107ss. n. 119ss.

(7) Iacobus de Vitriaco. *Hist. Orient.* Duaci 1597, 349ss. Idem, *Epistola ad amic. Lotharing.* etc. BTS I, 6ss. Böhmer, *Analekten* 107ss. I. Cel. c. 20. II Cel. II, c. 4.

(8) Sic Fischer, *Der hl. Franziskus von Assisi während der Jahre 1219-1221.* Freiburg i. Schw. 1907, 60ss. BST I, 97 eum 1221 rediisse dicit. II. Cel. 28. Cf. *Sp. Sab.* c. 6 nota. Felder, *Studien,* 124; *Etudes,* 132s.

(9) BTS I, 97. Fischer, 67ss; hic vero omnino negat S. Franciscum an. 1220 cum Hugolino Bononiae occurrere potuisse.

(10) An. 1220 Florentiae non fuit Hugolinus: Fischer 68ss. Davidsohn, *Forschungen* IV, 67ss. 74.

Regulam pro viris (*a*) et mulieribus a matrimonio ligatis. In compositione eius dominus Hugolinus supplebat, quod Sancto Francisco in dictandi scientia deerat (1). Fuerunt etiam simul per mensem et ultra cum heremitis de Camaldulo (2). Exinde Beatus Franciscus recedens, venit Alvernam, deinde Assisium.

Ipso anno **1220**, ab inceptione Ordinis decimotertio, in festo Sancti Michaelis, Beatus Franciscus in loco Sancte Marie de Angelis celebravit Capitulum Generale (3); in quo removit fratrem Helyam ab officio Vicariatus, propter suas relassationes (4), et instituit fratrem Petrum Cathanii, eius secundum socium, in cuius manibus, tum infirmitatibus multiplicibus gravatus, tum etiam ad conservandam sancte humilitatis virtutem, resignavit officium (5).

Frater Petrus Cathanii, Vicarius Generalis, in sequenti mense Martii, scilicet die 10 anni **1221**, animam reddidit Deo Patri (6). Cum vero multis corruscaret miraculis, et ob hoc ad ecclesiam Sancte Marie conflueret cum oblationibus frequentia (**9**v:) populorum, Beatus Franciscus reversus ad locum, propter illas oblationes et visitantium multitudines tristis effectus, ad eius sepulchrum accedens, dixit: Frater Petre, tu mihi semper dum viveres hobediens fuisti; modo, quia nimis ab istis secularibus infestamur, debes mihi hobedire. Quare tibi per obedientiam precipio, quod cesses ab istis tuis miraculis, quorum occasione ab istis secularibus perturbamur. Et ex tunc nullum miraculum fecit (7).

In subsequenti festo Pentecostes, post mortem Vicarii, Beatus Franciscus Capitulum Generale celebravit. In quo ex voluntate Dei posuit ad regendum Ordinem fratrem Helyam. Qui quamvis a Beato Francisco et multis fratribus vocaretur Minister, nullus tamen fuit, Beato Patre vivente, electus, vel ab Ordine tamquam Generalis receptus: sed tamquam Vicarius Sancti ab Ordine habebatur, et Fratres ad Beatum Franciscum, tamquam ad principale caput, sicut erat, recurrebant (8).

In isto Capitulo venit incognitus Sanctus Antonius de Padua, cum fratre Philippo Castiliano (9), et fuit a fratre Gratiano (10),

(*a*) Cod. *viribus*.

(1) Haec eruditissime ex Mariani libro *de Tertio ordine MS.* Biblioth. Nat. Florentiae, cod. Palat. 147 (cf. *Bartholi*, ed. Sabatier, 157 ss.) probare nititur cl. Davidsohn, l. c. IV, 67-81, ita tamen ut totam rem anno 1221 assignet. In MS. citato Marianus reapse hoc factum an. 1221 retulit. Dubius ergo haerebat, neque magni faciendum erit dictum Mariani, quousque antiquiora documenta de hoc inveniantur. Cf. de hoc AFH I, 642 s. et 107.

(2) De mora in monasterio Camaldulens. peracta cf. Wadding an. 1220, n. 18, ubi citat quoque Marianum. *Acta SS.* Oct. II, 823, 847. Sabatier, *Vie* 275 ss. Factum probari nequit et a Fischer, l. c. 68, negatur.

(3) II Cel. II, 104. Sic Wadding, an. 1220, n. 24, et Sabatier, *Vie* 272 ss. Böhmer, *Analekten* 127. Cf. *Iord.* 15.

(4) Penitus erroneum, cum Elias nondum vicarius fuerit; cf. supra 96 nota 6.

(5) *Iord.* 15. Wadding aliique, ll. cc. hic, nota 3. *Sp. Sab.* c. 4, 71 not.

(6) Sic eius epitaphium, *Sp. Sab.* 71. BTS I, 120. (7) CG 31.

(8) I Cel. n. 98. *Iord.* 17, 50. *Sp. Sab.* c. 1, 115. Cf. Lempp, *Elie* 35 ss. Fischer, l. c. 130 ss.

(9) *Conf.* 261, 520. Wadding, Marianum sequens, ad an. 1221, n. 10, 18; 1290, n. 12 ss. Cf. *Acta SS.* April. III, 404-6. Rodulphius, 127 s. Gonzaga, *Orig. Ser. Rel.* 1603, Tusc. conv. III, p. 251. Sed valde dubium, an Sancti socius fuerit.

(10) *Leg. I S. Antonii*, ed. L. de Kerval, 35 ss. Iul. Spiren. *Leg. S. Ant. Acta SS.* Iun. III, 200. Wadding, ad an. 1220, n. 1625; 1221, n. 10.

Ministro Romandiole, receptus. Frater autem Philippus ad locum Columbarie in Provincia Tuscie fuit destinatus.

In isto Capitulo in Alamaniam fuit missus primus Minister frater Cesarius de Spira (1), cum fratre Jordano de Jano (2) et nonaginta fratribus, qui ibidem Ordinem dilataverunt.

Eodem anno et 14 Ordinis, scripta Regula, ut supra dictum est, beatus Franciscus venit ad Florentiam, et cum in eadem essent plurimi viri et mulieres matrimonio alligati, cupientes mundum despicere, tradidit eis prefatam Regulam, 20 Maii, sicque tertium Ordinem incepit, per totum orbem diffusum, cuius propositum est in domibus propriis honeste vivere, operibus pietatis impendere, vanitatem seculi fugere (3). In quo quidem Ordine plurimi sanctitate claruerunt, inter quos primus habetur Beatus Luchesius de (10r:) Podio Bonitio, cum uxore sua Bona (4), Beatus Petrus de Colle (5), Brunus et Martolensus, nonnullique alii convicinorum locorum et vallis Else incole, ac Beata Viridiana de Castro Florentino in cella reclusa (6). Recepit etiam Dominum Matheum Rubeum de Ursinis (7), virum utique potentem.... (*a*) et caritatis erga pauperes Christi, qui filium habuit Niccolaum papam tertium. Recepit etiam Domina[m] Iacoba[m] de Septemsolis (8), illustrissimam matronam, que dignos fructus peregit penitentie, et Dominum Iohannem de Grecio (9), militem, qui meruit videre puerum Iesum in ulnis Beati Francisci in nocte Nativitatis Christi, et Dominum Bartholomeum (10) in Romana Curia advocatum de partibus Romandiole, et alios quamplures.

Anno 1223 Capitulum Generale celebratum est in sancta Maria de Angelis (11), in quo Capitulo frater Albertus de Pisis fuit Minister Alamanie institutus, quo tempore Ordo per Saxoniam, Mormanciam, Bavariam et Thuringiam valde dilatatus est.

Eodem anno, in festo Sancti Saturnini, Honorius papa 3 cum sua Bulla approbavit et confirmavit Regulam Fratrum Minorum (12); et in sequenti Paschate Nativitatis Christi, loco

---

(*a*) In Codice lacuna; sed videtur nihil deesse.

---

(1) *Iord.* 9ss. ed. Böhmer, p. 8 in notis. *Iordanus* n. 11 quoque eum *Primum Ministrum* Germaniae nominat, quia revera Fr. Ioh. de Penna illuc an. 1219 missus frustra fuerat.

(2) *Iord.* 18ss. ed. Böhmer, p. LVI-LXVIII; (Biographia).

(3) Cf. p. 96, not. 10. (4) Cf. p. 105, not. 10.

(5) Petrus de Colle, cf. Wadding, ad an. 1221, n. 15, qui Mariano usus, cum eo hic consonat. Cf. Hueber, *Menologium, die 22 Dec.*, ubi *Bruna* consors Petri de Colle dicitur. Cf. Gubern. *Orbis Seraph.* II, l. XII, c. 1, 783. Cf. Arturus, *Martyrol.* ubi s. d. *Martolensis anonymus* appellatur. (6) Cf. infra.

(7) Phil. de Perusio, *Catal. Card. Protect.* AF III, 710; ed. Holder-Egger, MGH SS. XXXII, 689. CG 329, 368. Wadding, an. 1222, n. 2ss.

(8) Cf. p. 92, n. 8.

(9) I Cel. c. 30. *Leg. Mai.* VIII, 7. *Conf.* 516.

(10) CG 27s. Wadding, an. 1222, n. 23 e *Mariano.*

(11) *Iord.* n. 30, 31ss. *Eccleston* 247. Cod. *Mormanciam*, cuius nominis regio in Germania nunquam extitit: fortassis scribere voluit Marianus *Vormaciam*, quae vox tamen urbis *Worms* ad Rhenum est.

(12) Bulla *Solet annuere* BF I, 15-9, n. XIV. Wadding, ad an. 1223, n. 14, 18.

Grecii, ipse Beatus Franciscus, auctoritate Domini pape, celebravit cum representatione presepii festum pueri Ihesu nati (1).

Anno Domini **1224** die 14 septembris in aurora, Beatus Franciscus orans, apparuit ei Seraph unus crucifixus, a quo suis sacris stigmatibus consignatus fuit (2).

Anno Domini **1226**, ab inceptione Ordinis 18, in Sancta Maria de Angelis apud Assisium, sanctissima anima Beati Francisci charne soluta est, etatis sue anno 45, et in abisso claritatis absorta, corpus obdormivit in Domino, quarto Nonas Octobris, sabbato in sero, dieque dominico sepultum (*a*), cum magna solennitate sepultum in ecclesia Sancti Georgii (3).

(**10v**:) Primum Capitulum Generale post obitum Beati Francisci, celebratum est anno Domini **1227**, 4 Junii, in quo frater Helyas, in cuius manibus Beatus Franciscus reliquerat Ordinem, fuit in officio confirmatus (4). Supplicaverunt fratres Gregorium nonum, noviter electum, ut beatum Franciscum, cathalago Sanctorum dignaretur ascribere; quod facturum se promisit, deditque Ordini Dominum Raynaldum, episcopum ostiensem in protectorem (5).

Ipso quoque anno, apud Ceptam civitatem Marrochiorum (6), decima die octobris, sacro martirio coronati sunt septem Sanctissimi fratres de Provincia Tuscie, videlicet frater Daniel primus Minister Provincie Calabrie, frater Angelus, frater Samuel, frater Romulus (!), frater Leo, frater Nicholaus, et frater Hugolinus.

Quamplurimi et alii Fratres, elephantum more ad moriendum pro Christo animati exemplis istorum, ad partes infidelium accesserunt, et pro Christi amore morti (*sic*) subierunt. Inter quos frater Electus (7), manibus Regulam tenens, socio dixit, genibus incurvatis: De omnibus, que contra istam Regulam feci, frater charissime, ante oculos divine maiestatis et coram te culpabilem me proclamo. Successit brevi confessioni gladius, quo martirio cum socio vitam finivit.

Illustrissima et sanctissima Helisabeth, Andree Hungarie regis filia, audita morte lanthgravi, viri sui, per totam Turingiam a suis vassallis, tamquam dissipatrix et prodiga, de propria domo turpiter eiecta, venit ad conventum fratrum, quos rogavit, ut pro sua tribulatione *Te Deum laudamus* cantarent, ac in ipsorum reciperetur consortium.

(*a*) Cod. *sepultus*.

---

(1) I Cel. c. 30. *Leg. Mai.* VIII, 7. Sed ibi de auctoritate papae nihil; neque ista opus erat.

(2) I. Cel. 94ss. *Tract. Mirac.* n. 2ss. *Leg. Mai.* XIII. Numerus diei: «14» tamen obliteratus fuit, sed non penitus.

(3) I Cel. 115s. *Iord.* 50. *Epist. Fr. Eliae* ap. Wadding, ad an. 1226, n. 45, I¹ 1625, 355s.; II² 1732, 149s. Lempp, *Elie* 70s. Böhmer, *Analekten*, 90-2. Cf. *Leg. Mai.* XIV, 3ss.; XV, 6.

(4) Error gravis, quia illo Capitulo Fr. Iohannes Parentis electus fuit minister glis; Elias autem minime confirmatus. *Iord.* 50ss. Lempp, *Elie* 76ss. Pentecostes an. 1227 non 29 maii, sed 30 fuit. Greg. IX electus est 19 mart. 1227.

(5) Phil. de Perusio, *Catal. Protect.* AF III, 709; ed. Holder-Egger, 663. CG 274.

(6) CG 32. *Passio* 613-6. *Catal.* 40. *Conf.* 296, 532. *Acta SS.* Oct. VI, 385-91. BHL I, 316. *Romulus* generatim nominatur *Donnulus* et *Angelus* saepius *Agnellus*.

(7) II Cel. 158. *Sp. Sab.* c. 77. *Catal.* 40. CG 224. *Conf.* 336.

Quam fratres griseam tunicam et mantellum cum ruda (!) corda induerunt (1).

Sanctus Ludòvicus annum etatis sue 14 complens, regnare cepit ipso anno **1226**, et cum sua devotissima matre, Regina Blancha, et cum universis magnatis et sapientibus obviaverunt ad colendum et deosculandum capitale, quo Sanctus Franciscus fuerat in sua infirmitate usus (2).

(11r:) Anno **1228**, ab inceptioneque Ordinis 20, Gregorius papa cum tota Romana curia venit Assisium, ubi in ecclesia Sancti Georgii, in qua sacrum corpus Beati Francisci requiescebat, 16 die iulii, cum solemnitate maxima et insolitis ceremoniis, in cathalago sanctorum ascripsit Beatum Franciscum (3): et immediate, peracta canonizatione, Gregorius papa iussit hedificari ecclesiam mire fortitudinis in honorem ipsius beati Francisci. In quibus aperturis fundamentorum, ipse summus Pontifex benedixit et posuit, manu propria, primum lapidem (4), et deinceps alii prelati et magni viri; et eam ab omni jurisditione inferiori eripuit, ipsamque caput et matrem totius Ordinis Fratrum Minorum instituit (5).

Secundum Capitulum generale celebratum est Assisii, anno **1230** (6), in solemnitate Penthecostes, per fratrem Helyam, ad quod convenerunt ultra duo millia fratrum. In quo Capitulo ipse frater Helyas a Domino Papa ab officio absolutus (7), et coram sua Sanctitate statim electus fuit primus Minister Generalis post mortem Beati Francisci frater Iohannes Parens de Florentia, vir iustus et sanctus, quem Dominus Papa confirmavit.

Corpus etiam Beati Francisci tunc fuit 25 die Maii de ecclesia Sancti Georgii ad novam ecclesiam translatatum (*sic*), que per sollicitudinem fratris Helye et multiplicatione pecuniarum, fere ab omnibus partibus Christianorum et principibus, ibidem transmissarum et oblatarum, ita erecta per duos annos, quod convenienter translationem ipsius in convenienti et honorabili et secreto loco facere potuit (8).

Anno Domini **1231**, Ordinis vero 23, die 13 iunii, sexta feria, in civitate paduana, de ergastulo carnis liber volavit ad superos Beatus Antonius (9) in civitate Ulixbone ortus, anno etatis sue 36; qui anno

(1) *Iord.* 25. CG 221s. *Glassb.* 33, 39s., 54ss A. Huyskens, *Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth,* Marburg 1908, 63 ss. K. Wenck, *Die hl. Elisabeth,* Tübingen 1908. Maritus Sanctae obiit 11 vel 12 Sept. 1227; habitum griseum induit Elisabeth an. 1228, 24 Mart. Huyskens, l. c. 114, 121, 65.

(2) II Cel. 120. De eo vitae BHL II, 747ss.

(3) I Cel. 119ss. Iulianus Spirens. *Leg. S. Fr.* c. 74. AB XXI, 201. *Acta SS.* oct. II, 677. II Cel. 220s. et p. 444. *Leg. Mai.* XV, 7. Accidit 16 Iul. 1228.

(4) Hoc fuit die seq. 17 Iul. 1228: BF I, 66.

(5) Bulla *Is qui ecclesiam,* 22 april. 1230: BF I, 60-2.

(6) *Iord.* 57. *Ecclest.* 241s. *Glassb.* 49. Iul. Spir. c. 75, AB XXI, 201. *Acta SS.* 717. CG 212. Lempp. *Elie,* 82ss.

(7) Haec et sequentia falsa, cum Ioh. Parens min. glis fuerit 1227-1232: Elias capitulum gle non tenuit. Lempp, l. c. 68 ss. *Iord.* 51, 61.

(8) Potius aliquot dies antea: Lempp, l. c. 85ss.; secundum *Ecclest.* 241 «tertia die antequam fratres convenissent». De modo, cf. ll. cc. Iul. Spir. n. 75s.

(9) Cf. L. de Kerval, *S. Antonii de Padua vitae duae,* Paris 1904. Niccolò Dal-Gal O. F. M. *S. Antonio di Padova,* Quaracchi 1907. K. Wilk, *Antonius von Padua,* Breslau 1907.

15 ingressus est in Ordinem canonicorum regularium, in quo undecim annis fuit. Postea in Ordine Minorum, multis clarus signis et miraculis, decem annos feliciter consummavit. (11v:) Hic etiam post obitum tot signis corruscavit, ut Dominus Gregorius papa, undecimo mense a suo felicissimo obitu, in civitate Spoleti, 30 die maii, solemniter ascripsit ipsum in cathalago Sanctorum (1).

Anno iam dicto 1231 in Hyspania et civitate Valentie, pro predicatione vere fidei frater Iohannes et frater Petrus italici ex iussione regis Saracenorum, in festo decollationis Sancti Iohannis Baptiste, capitibus truncati cum gloria martyrii Deo suas animas reddiderunt (2). Isto namque tempore clarebant in Ordine plurimi fratres, qui ipsum quidem mundum vita et sanctitate illustrarunt, ex quibus hos paucos subnectam, videlicet:

Frater Lucidus, Provincie Marchie, veri luminis sanctitate et ardens caritate divina, cuius lingua gloriosa Spiritu Sancto edocta fructus mirabiles faciebat (3).

Frater Bentivogla de Sancto Severino, qui inter alia prodigia et miracula, visus fuit in aerem per magnum spatium a terra elevatus, cum in silva oraret (4).

Frater Iacobus (5) de Civitate Nova, vir utique sanctus, qui multotiens in oratione raptus, multas consolationes recipiebat.

Frater Hermannus de Fulgineo (6), cuius corpus propter miram suam sanctitatem in altare ecclesiae Sancti Feliciani sepultum, estate media aquam guttatim velut manna fluit.

Frater Tientialbene (7), vir sanctissimus et predilectus discipulus Fratris Iuniperi. Hic inter ceteras virtutes, in obedientia et patientia florens, cum signo crucis infirmitates pellebat.

Frater Humilis et frater Pacificus germani, ambo mire sanctitatis viri, signis et virtutibus luminosi (8).

Frater Liberatus olim comes de Loro (9), tanta micuit sanctitate, quod usque ad presens, festum eius colitur cum magno populi concursu. Quo die sepulcrum (12r:) eius a sexta usque ad nonam manna scaturire videtur, in loco Suffiani, Provincie Marchiae.

Frater Adam Ruffus, eximius predicator, in vita et in morte miraculis plurimis corruscans, apud Firmum requiescit (10).

Frater Octo theutonicus, Provincie Saxonie, per hec tempora ibidem claruit (11).

---

(1) An. 1232 Bulla ap. BF I, 79, n. LXX.

(2) CG 186 s. *Catal.* 43. *Conf.* 224, 537. *Acta SS.* Aug. VI, 841 s.

(3) *Actus* c. 53, 2. CG 441. *Prov.* 281. *Conf.* 283, 515, 618.

(4) *Actus* c. 53, 3. *Catal.* 19. *Prov.* 267, 269, 270. CG 409. *Conf.* 276, 280.

(5) *Conf.* 512. *Prov.* 268.

(6) *Dial.* 84 s. *Catal.* 11. CG, 64, 254. *Prov.* 203. *Conf.* 242, 510. Wadding, *ad an.* 1232, n. 23, et citat Marianum.

(7) *Dial.* 91. *Catal.* 9. CG 254. *Conf.* 240, 510. Wadding, l. c. n. 24, e Mariano. *Acta SS.* Iun. II, 487 s.

(8) CG 213. *Conf.* 281. Wadding 1234, n. 9, ex eodem. *Acta SS.* Aug. V, 840 ss.

(9) *Actus* c. 68. *Fioretti* 47. CG 411 nota. *Conf.* 280 s. Wadding 1234, n. 9, 10; ex eodem diversus a Socio Fr. Angeli Clareni. ALKG I, 527 ss.; II, 310 ss. *Acta SS.* Aug. V, 840-45; Aug. II, 188.

(10) *Dial.* 96-98. *Catal.* 19, 23. *Conf.* 293, 531. Wadding, l. c. n. 11, ex eodem.

(11) *Catal.* 38. *Conf.* 328, 552. Wadding, l. c. n. 13.

Anno Domini quo supra, apud Marbuch, 19 die Novembris obdormivit in Domino beatissima Helisabeth, filia Regis Ungarie, anno aetatis sue 30, et filia legiptima Beati Francisci (1).

Tertium Capitulum Generale celebratum est per fratrem Iohannem Parentem, Generalem, apud Soriam, regni Castelle, anno Domini **1233**, et 25 Ordinis. In quo Capitulo Generalis cum Fratribus orans, abundantem pluviam impetravit (2).

Cum populus Romanus discordaret cum Papa et ei rebellavisset, ipse summus Pontifex, volens ipsos secum ad pacem et obedientiam inclinare, misit eis fratrem Iohannem Generalem, ut eos ad pacem et obedientiam hortaretur (3). Qui cum se difficilem ostendisset, frater Iohannes in fervore spiritus eos brevi in magnum periculum et dispendium incursuros predixit. Et subito tanta pluvia ubique pluit, quod flumen Tiberis terribiliter ac insolite ita crevit, quod totam Urbem innundavit. Quo territi Romani votum sancti Generalis de pace fienda cum Pontifice, impleverunt.

Isto quoque tempore claruit in Ordine Frater Rodolfus de Anglia, sacre theologie doctor, olim episcopus Herfodensis. Hic annuente Papa Gregorio nono episcopatui renuntians, factus est frater Minor, in quo Ordine studiosissime vixit (4).

Frater Rodulphus Ebifach (5) in sacra Theologia doctor parisinus, qui dum legeret Parisii, ex quadam visione in Ordine ingressus est.

Frater Rodolfus Rodiptori Anglicus (6), in theologie facultate Magister. Hic magnam partem Biblie exposuit, et supra 4 libros Sententiarum scripsit, et alia plurima.

(**12v**:) Anno Domini **1234** Gregorius Papa in civitate Perusii, in festo Sancti Iohannis Baptiste, in cathalago Sanctarum ascripsit Sanctam Helisabeth, filia[m] Regis Hungarie, et tunc recitata fuere 129 miracula, inter que 8 mortui reducti fuerant ad vitam. Post cuius canonizationem pater ipsius Andreas ex hac vita migravit (7).

Anno Domini **1235**, idem Dominus Papa venit Assisium, et cum non parva solennitate duplicatam ecclesiam supra corpus Beati Francisci expletam, tertia dominica post Resurrectionem, videlicet 20 aprilis, in honorem ipsius Sancti consecravit (8).

---

(1) Huyskens, l. c. 92 ss. Wenck, l. c. 25 s. Sed mortua est de facto in nocte 16 ad 17 Nov. 1231, nata solummodo 24 annos.

(2) Error Mariani, quia nonnisi capitulum *Hispaniae* fuit. CG 210s. *Catal.* 44. Hoc miraculum *pluviae* in dicto capitulo, etiam Fr. Andreae de Hispello attribuitur: *Acta SS.* Iun. I, 356 ss. Cf. Wadding, ad an. 1264, n. 2.

(3) CG 210. *Conf.* 262.

(4) *Ecclest.* AF I, 249, 266; *Monumenta Franciscana* I, London 1858, 58, 542. Est Rodulphus de Maidstone: *Conf.* 20, 330, 344, 429, 521. A. G. Little, *The Grey Fiars in Oxford,* Oxford 1892, 182.

(5) *Ecclest.* 272; *Mon. Fr.* I, 556. *Conf.* 547, ubi tamen vocatur Robertus *(H)alifas,* cf. Sic quoque ap. Sbaralea, *Suppl.* 639, et Little, l. c. 238.

(6) *Conf.* 339, 540. Sbaralea, *Suppl. ad Scriptt.* 1806, 694; sed posterioris aevi fuisse videtur.

(7) Error Mariani; canonizata fuit Perusii die 27 Maii, i. e. festo Pentecostes *anni sequentis,* i. e. 1235. Huyskens, l. c. 17 ss. BF I, 162. AFH I, 192. — De numero miraculorum: Huyskens l. c. 90, 151 ss. 242 ss.

(8) Erravit Marianus secum trahens, uti saepius, Waddingum, *ad an.* 1235 n. 17; quia ecclesia illa nonnisi ab Innocentio IV an. 1253 (non 1235) conse-

Quartum Capitulum Generale celebratum est Assisii per fratrem Iohannem Parentem anno **1236**, Ordinis vero 28, die 16 maii, in quo Capitulo frater Iohannes renuntiavit officio, asserens se tanto esse officio indignum. Tunc complices fratris Helye ipsum cum tumultu et impetu promoverunt, quem Papa persuasionibus eorum annuens, ipsum confirmavit (1).

Frater Guglielmus de Anglia, unus de 12 socii[s] Beati Francisci, a seculo migrans, fuit in basilica Beati Francisci tumulatus; ubi multis et magnis miraculis corruschans, frater Helyas Generalis, zelo Beati Francisci motus, ad sepulchrum eius accedens, per obedientiam ei precepit cum magna fide et confidentia, ne cum suis miraculis Sancti Patris Francisci gloriam offuscaret. Quo precepto, deinceps miraculum nullum fecit (2).

Frater Benvenutus de Eugubio (3), vocatus a Domino, multis corruscavit miraculis, ex quibus, Gregorius Papa per suas litteras commisit tribus episcopis, videlicet Malfiensi, Melphitiensi et Venesino, ut colligerent et examinarent et authenticarent ipsa sua miracula, volens illum in cathalago sanctorum ascribere (4). Verum multis perturbationibus preoccupatus, ad effectum suum propositum mictere non valuit. Tamen ibidem in tribus episcopatibus ascriptus est in cathalago Sanctorum, et solemniter quoad divinum officium et missam agitur festum eius (5).

Frater Rogierus de Marchia (6) tanta sanctitate micuit in Tuderto, ut ipse Gregorius astruerit vere sanctum, cuius memoriam Tuderti, ubi requiescit, concessit etiam solempniter celebrari.

(13r:) Frater Simon de Collazono (7), vir sanctissimus, cuius miraculorum comperta est veritas per Episcopum Spoletanum ex mandato eiusdem Gregorii (8), sed tribulationibus impeditus Dominus Papa, quas inferebat ei Federicus Imperator, non fuit canonizatus.

Frater Ambrosius de Massa (9), Provincie Thuscie, quanti meriti fuerit apud Deum, miracula ab eo facta testantur. Que autentice reci-

---

crata est. Thode, *Franz von Assisi*, Berlin 1904, II edit. 200 ss. Lempp, *Elie*, 139, 154. Potthast, *Reg.* n. 14985. Nicolaus de Carbio, *Vita Innocent. IV*, n. 32 s. ap. Baluze, *Miscell.* VII, 392 (ed. Mansi I, 203). Angeli, *Collis Paradisi*, Montefalisci 1704, 30 ss. *Acta SS.* oct. II. § 3, n 36 ss. 806. BF I, 662 ss. 759.

(1) Erratum grave Mariani, *quia tunc neque Capitulum habitum fuit, neque Fr. Ioh. Parens* Generalis *erat*. Intrusio Heliae facta fuerat an. 1232: Lempp, *Elie*, 101 ss. *Iord.* n. 61, 65 ss. *Ecclest.* 242: *Mon. Fr.* I, 46 ss.

(2) *Bessa* 685. *Catal.* 5. CG 217. *Conf.* 193. Cf. p. 92, n. 6.

(3) *Dial.* 26-51, XVI. CSF 21. *Conf.* 295. Wadding, ad an. 1222, XXII, XVIIIs; 1232, XVIIIs. *Acta SS.* Iun. VII, 296ss. *Prov.* 196.

(4) Bulla ap. *Dial.* 28 s. Wadding, l. c. n. 19. Sbaralea, BF I, 189.

(5) Hoc e Mariano expresse sumptum refert Wadd. l. c. n. 18.

(6) Marianus confundit Rogerium (Ricerium) de Mucia (Marchia) cum Rogero Tudertino; de hoc *Spec. Sab.* 4, c. 2 nota. *Catal.* 9, cuius verba cum Mariano plurimum consonant. *Dial.* 79-81. *Bessa*, 668 s., qui dicit se audivisse cultum eius neglectum esse. *Conf.* 283 ss. 478, (cf. 235, 510, 618). *Acta SS.* mart. I, 417 s. Cf. supra 93, nota 11.

(7) *Iord.* n. 19, 31, «qui nunc sanctus dicitur in Spoleto». *Salimb.* 146, (318 s). *Bessa*, 669, l. 8-12. *Catal.* 10. CG 254. *Conf.* 240, 510. *Acta SS.* nov. I, 389 s. *Iord*, ed. Böhmer, p. 23, nota 2. *Prov.* 134.

(8) Errat Mar. quia hoc mandavit Innocentius IV: Sbaralea, BF II, 606, 619, cf. 160. (24 April. et 10 Iul. 1252).

(9) *Dial.* 51-72, XVII. *Catal.* 13. Origine Tuscus, religione Prov. Romanae fuit. *Prov.* 164.

pienda et approbanda idem Gregorius mandavit per Bullam Episcopis Urbevetano et Suane, ac Priori Sancti Iohannis de Platea (1). Sed prepeditus, ut diximus, non ascripsit eum in cathalago.

Frater Cesarius de Spira (2), Theutonicus, vir preclare scientie et maxime sanctitatis, mireque contemplationis, et evangelice paupertatis maximus defensor. Cuius animam Papa Gregorius, orans, ab angelis in celum deferre vidit.

Frater Petrus de Galliculo (3) miraculis plurimis in Tuderto post mortem corruscavit.

Frater Severinus, adhuc in Urbevertum (!), miraculorum gloria corruscat (4).

Frater Segrianus Hispanus, in vita et post mortem miracula fecit, in conventu Ilerde sepultus (5).

Iacobus, illustris Aragonorum Rex (6), tanta devotione ad Beatum Franciscum affectus est, ut ante mortem suam habitum sumpsit fratrum Minorum, cum proposito, si superviveret, frater in Ordine remaneret. Qui tandem cum ipso habitu mortuus, sepultus est ut frater in Conventu Barchinone. Hic fratribus dedit palatium regium pro loco hedificando, in civitate Valentie.

Quintum Capitulum Generale celebratum est Rome per Gregorium papam, anno Domini **1239** (7), Ordinis 31, 15 maii (8), in quo Capitulo, ipse Dominus Papa fuit presidens, et sermonem fecit, et fratrem Helyam ab officio absolvit. Et in sua presentia ad electionem successoris voluit fratres procedere. Qui fratrem Albertum de Pisis (9), virum Sanctum elegerunt, quem electum Dominus Papa ibidem confirmavit. (**13v**:) Qui in officio usque ad festum Nativitatis Virginis Mariae fuit. Circha quod festum, anima eius de corpore exuta perpetuam gloriam vestita est (10).

---

(1) Bulla Gregorii IX (8 Iun. 1240) ap. *Dial.* 54-5. BF I, 280 s. Qui processus approbatus non fuit, et Innocentius IV 2 dec. 1250 eisdem denuo hoc mandat: BF I, 561, 563; cf. l. c. 599; II, 223. Cf. Fumi, ap. MF I, 77-81, 129-136.

(2) *Iord.* n. 19ss. ed. Böhmer, 8ss. nota. *Glassb.* 17ss. 20ss. 26ss. Angelus de Clareno, *Ep. excusat.* ALKG I 532; *Chr. 7 Trib.* ap. Döllinger, II 463ss. ed. Tocco 225 s. (72 s.) Lempp, *Elie,* 111 ss. Schlager, *Beitr.* 5 s. 11, 167, 248. Wadding, ad an. 1239, n. II ss. *Opuscules* I, 96.

(3) *Catal.* 9, ubi de Gallicetulo [Gaglietole] dicitur. *Conf.* 235, 510. *Prov.* 114.

(4) *Catal.* 13. *Conf.* 251. *Prov.* 164.

(5) *Catal. App.* 43 « Gogianus ». *Conf.* 324. *Prov.* 31.

(6) Ex *Conf.* 349, 536. Erat Iacobus II, quem tamen Marianus confudit cum Iacobo I, qui 1238 Valentiam cepit, ubi Azotus (Azeitus) rex mahumeticus Fratribus Minoribus dedit palatium: CG 187s. [Iacobus I mortuus est in habitu Cisterciensium]. *Prov.* 31.

(7) *Iord.* n. 64 ed. Böhmer. *Ecclest.* 234, 242. *Glassb.* 59 ss. Salimb. 50 (164). CG 230-2. Lempp, Fr. *Elie de Cortone,* Paris 1901, 127 ss. Ehrle, ALKG VI, 20 ss.

(8) Id est in Pentecoste, quae 1230 in hunc diem incidit. Cf. Lempp, *Elie,* 133; sed Böhmer, *Iord.* 57 s. recte infert, ex parte ipsius ignota Iordani n. 70 (cf. n. 61 et hic nota 10), tunc revera Capitulum celebratum fuisse. De loco cf. l. c. Lempp, 131 s. et *Ecclest.* 242. *Salimb.* 410, (98, 158 s., 164).

(9) CG 24, 233 ss. *Glassb.* 28 ss. Wadding, ad an. 1239. *Conf.* 329, 454, 501, 517. Cf. *Pisana seu Ord. Min. Articuli ad processum... Alb. de Pisis... et Anton. Tigrini* etc. Cfr. AFH I, 206. *Salimb.* 50 (164).

(10) Error Mariani, cum *Iord.* (ed. Böhmer, n. 70) synchronus dicat: *« Anno D. 1240, X° kal. februar.* (23 Ian.) *Fr. Albertus min. glis tertius, cum praefuisset menses 8 et dies aliquot, obiit, et ei fr. Haymo Anglicus sucessit ».*

Sextum Capitulum Generale item Rome, anno eodem in festo omnium Sanctorum celebratum (1) est coram Domino Papa, qui voluit presentialiter interesse in capitulo, et vota eligentum ipsemet recipere. Tunc Patres fratrem Aymonem Anglicum Generalem (2) elegerunt, et statim fuit a Domino Papa confirmatus. Hic fuit speculum totius honestatis (3), prudens, humilis et sanctus, magnusque theologus et in ipsa facultate doctoratus. Qui etsi senex, nihilominus circuivit Ordinem, visitando Provincias cum nimio zelo et caritate, et multa bona fecit, et magnam curam habuit de divino officio celebrando.

In isto Capitulo (4) Gregorius Papa, cum Generali et Ministris Provincias Ordinis divisit (5) et vocem eligentum limitavit, ac plurima privilegia Ordini concessit.

Anno Domini **1241**, die 23 mensis Augusti (6), Dominus Gregorius Papa a Federicho imperatore multis malis afflictus, ex dolore in egritudinem incidit anima sua, gremio terre commendavit corpus involutum in fratrum Minorum habitu, quem vivens semper tenerrime dilexit et induit, cum ipso quoque quinta feria maioris ebdomade, singulis annis mandatum fecerit, et sanctuaria per urbem nudis pedibus visitaverit (7).

His temporibus in monasterio de Arcello, apud Paduam, multis clarebat miraculis Beata Helena (8) et Beata Lucia (9).

In comitatu Florentino et oppido Podii Bonitii celestia gaudia petiit Beatus Luchesius cum uxore sua Beata Bona (10), qui inter alia miracula, quinque defunctos ad vitam reduxit. Plurimi alii clarebant virtutibus et miraculis in isto tertio Ordine per diversa, videlicet: Beatus Petrus de Colle (11), Beatus Leo Archiepiscopus Mediolanensis (12), Beatus Gualterius episcopus Trevisii (13), (**147**) Beatus Riccardus episcopus Fossiumbronis (14), Beatus Alexander de Perusio episcopus Noccie (15), Beatus Iacobus de Laude (16), Beatus Landonus de

---

(1) Error *temporis* ex nota praecedenti patet. Dicto die revera fuit Capitulum. *Bessa,* 696. Ehrle, *Zeitschrift für Kath. Theologie,* VII, 340.

(2) De eo *Ecclest.* 228 ss. 243 ss. Salimb. 51, 60, 120, 224, (165, 176, 277, 298). CG 246 ss. *Conf.* 337, 379. Felder, *Studien,* 160ss.; *Etudes,* 165ss. BTS I, 163 ss.

(3) Sic CG 246; et *Memor.*[1] fol. 28r. *Memor.*[2] f. 32v.

(4) Non in isto, sed in Capitulo, in quo depositus fuit Elias an. 1239: AFH I, 10 s. (5) Hoc tunc accidit: CG 256, l. 9-11.

(6) Obiit 22 Aug. 1241. Potthast, *Reg.* p. 937.

(7) Philipp. de Perusio, *Cat. Card. Prot.* AF III, 709, ed. Holder-Egger, MGH SS. XXXII, 680 s. *Conf.* 342 s. 454. — *Cum ipso:* intellige quia *cum ipso* habitu etc. (8) *Acta SS.* nov. II, 509 ss. *Conf.* 358 s.

(9) Rodulphius, l. I. f. 140v; ex hoc et ex *Mariano* lib. II. c. 11, Wadding, ad an. 1242, n. VI, notitiam hausit.

(10) De eis, *Conf.* 361. *Acta SS. Apr.* III, 594 ss. Rodulphius, 146v.

(11) Cf. p. 98, n. 5.

(12) Fr. Leo Valvassoris de Perego, archiep. Mediolanen. 1244-63, qui tamen *primi ordinis* erat et Minister Prov. Mediolanen. *Salimb.* 36, 351; (74, 595). Eubel, *Hier.* I, 348. *Bessa* 668. *Conf.* 302, 363, 526. Rodulphius, 146r.

(13) Iuxta Eubel, *Hier.* I, 505 et Gams, *Series* 803, (1251-1255) erat *Ord. Praed.*

(14) Circa 1228-1255: Eubel, *Hier.* I, 264. Gams, *Series* 698. Ughelli-Coleti, *Ital. Sacr.* II (1717), 832. Eubel, BFV 606: iuxta omnes valde dubium an Ord. Min. fuerit.

(15) Erat Ord. Min. sed primi ord. ep. 1327-1363 cognomine Vencioli: Eubel, *Hier.* I 391. BF V, 617 et n. 689. Ughelli-Coleti, I (1717) 1068. *Acta SS.* Mai. I, 777 s.

(16) Wadding, ad an. 1404, n. 7. Iacobus Oldus de Lauda, III ord. secundum quem obiit mense April. 1404. Hueber, *Menolog.* ad 20 April.

Montefeltro (1), Beatus Iohannes de Ravenna (2), Beatus Bonamicus de Volaterris (3).

In Ordine vero Minorum clarebant infrascripti:

Frater Clemens (4), vir mire vite et sanctitatis, in monte Alverne sepultus.

Frater Rolandinus de Florentia (5), vir contemplativus.

Frater Michael de Florentia (6), confessor Beate Humiliane, vir devotus et suo tempore sanctitate nobilis in prefata civitate.

Frater Paulus de Prato (7), qui vitam nimis austeram duxit, et altissime paupertatis zelator precipuus fuit.

Frater Andreas de Atria (8) Provinciae Penensis, vir magne devotionis et contemplationis.

Frater Raynaldus de Reate (9). Hic cum signo crucis cecos illuminavit, et triennio post obitum suum, eius cadaver se erexit in sepulcro, locum cedens corpori alterius fratris defuncti.

Frater Angelus de Monte Leone (10), Lector, vir pauperrimus et despectus. In cuius obitu multitudo fratrum advenit cum uno fratre solempniter parato, animam eius ad celi gaudia perducentes.

Frater Soldanerius (11), quasi sol dans nitorem, doctrina et moribus sanctitatis illuxit in conventu Viterbii.

Fratres Guglielmus de Cordella (12). Hic dum predicaret in Platea Toscanelle, quidam cecus signum crucis sibi super oculos fieri postulans consignavit, et confestim visum obtinuit. Sicque alios plurimos de diversis infirmitatibus infirmos sanavit.

Frater Bernardus de Massa Maritime (!) (13) Provincie Tuscie, maxima floruit sanctitate et miraculis.

Frater Leonardus de Fulgineo (14) in eodem tempore miraculis corruscabat.

Frater Sigismundus (15) Provincie Apulie, vir sanctus et prodigiis clarus in Abbatia de Ripa, ubi sepultus est.

---

(1) Laudonus sive Laudenus sive Ludovicus de Monte Feltro, III[ii] ord. Hueber, *Menol.* 30 Julii. Arturus, *Martyr.* s. d. Wadding, ad an. 1142, n. 29, e Mariano.

(2) Wadding, ad an. 1242, n. 28. Hueber et Arturus, ll. cc. ad 16 Jun. — Caeterum Wadd. l. c. n. 28-9 omnes istos e Mariano excerpsit, omittens tamen Leonem archiep. et Alexandrum de Perusio, quos ipse utique scivit fuisse *primi* ordinis. De illo cf. ad an. 1239, n. 15; de hoc ad an. 1327, n. 16.

(3) Melissanus, *Suppl. ad Annal.* an. 1220, n. IX. Wadding, ed. II; an. 1220, *suppl.* n. IX, I[2], 374. Cf. *Conf.* 361.

(4) *Dial.* 101. *Catal.* 15. *Prov.* 233. *Conf.* 254.

(5) *Dial.* 111. *Catal.* 15. *Prov.* 233. *Conf.* 261s.

(6) Levi, *Registri dei Cardinali Ugolino d' Ostia e Ottaviano degli Ubaldini,* Roma 1890, 16. *Acta SS.* Mai. IV, 385 ss. Davidsohn, *Gesch. von Florenz* II, I, 123, 131-4. Idem, *Forschungen* IV, 73, 412 (cf. AFH I, 640).

(7) CG 110, quacum concordat Wadding, ad an. 1241, n. 12.

(8) *Dial.* 112s. *Catal.* 20. *Prov.* 187. CG 267. *Conf.* 289, cui concordat Mar., et 530.

(9) *Dial.* 109. *Catal.* 13. CG 264. *Prov.* 170. *Conf.* 251, 515.

(10) *Catal.* 13. *Conf.* 251, 515. *Prov.* 45. Wadding, ad an. 1241, n. 15. [1334, n. 24; 1368, n. 13].

(11) *Bessa,* 668. *Catal.* 13. *Prov.* 160 quocum quasi ad verbum convenit. *Conf.* 251.

(12) *Dial.* 98s. *Catal.* 13. CG 265. *Prov.* 161. *Conf.* 251 quocum in pluribus convenit.

(13) *Dial.* 88. *Catal.* 15. *Prov.* 242. *Conf.* 253 s. 520.

(14) *Dial.* 90. *Catal.* 12. *Prov.* 172. CG 265. *Conf.* 249.

(15) *Dial.* 105. *Catal.* 23. CG 499. *Conf.* 293 s.

(14v:) Frater Petrus de Trano (1), eiusdem Provincie, miraculis gloriosus.

Frater Gratianus de Romandiola (2), predicator, qui multa et preclara miracula, vivens, patravit.

Frater Petrus de Monte Ulmonis (3), Provincie Marchie, post mortem multos a variis infirmitatibus curavit.

Frater Paulus (4), eiusdem Provincie, vir mirifice virtutis et gratie, miraculis claruit quam plurimis.

Frater Martinus de eadem Provincia (5), mulierem mente (*a*) captam, aqua benedicta super eam infusa, liberavit, demones quoque de corporibus obsessis eiecit; aliaque plurima miracula fecit.

Frater Dominicus (6) in loco Penne sancti Marini, multa prodigia operatus est.

Frater Octo de Pola in Sclavonia (7) multis signis claret.

Frater Mattheus de Narnio (8), Provincie Sancti Francisci, plurimis miraculis corruscat.

Frater Helyas (9), olim tertius Generalis Minister, post depositionem suam adhesit imperatori Ecclesie rebello (*sic*) vocatus ab eo, ut quasi in omnibus suo consilio regeretur. Qui misit illum cum legatione ad Imperatorem Constantinopolitanum, ut inter ipsos Imperatores pacem tractaret. Qua propter in sententiam incurrit excommunicationis per Gregorium nonum fulminatam in ipsum Federicum, et in omnes sibi adherentes.

(Continuabitur).

Directio Periodici.

(*a*) Cod. *mentem.*

---

(1) *Dial.* 92s. CG 498. *Conf.* 294. *Prov.* 205. Wadding, ad an. 1241, n. 20.

(2) *Dial.* 73-5. *Catal.* 19. *Conf.* 279. Wadding, l. c. n. 21. Felder, *Studien,* 135; *Etudes,* 153.

(3) *Dial.* 88 s. *Catal.* 19. *Prov.* 260, 266, 280. *Conf.* 279. Wadding, l. c. n. 22.

(4) *Dial.* 82 s. *Catal.* 82. *Prov.* 276, 281. *Conf.* 282. Wadding, l. c. n. 24.

(5) *Dial.* 86 s. *Catal.* 19. *Prov.* 273, 281. *Conf.* 282s. Wadding, l. c. n. 25.

(6) *Dial.* 87 s. *Catal.* 19. *Prov.* 280. *Conf.* 279. Wadding, l. c. n. 23. Omnes isti eum Provinciae *Marchiae* dicunt.

(7) *Dial.* 94 s. *Catal.* 23. CG 530. *Conf.* 303, 528. Wadding, l. c. n. 26.

(8) *Iord.* n. 11. *Dial.* 76s. *Catal.* 11. CG 254. *Prov.* 148. *Conf.* 242, 510. Wadding, l. c. n. 27.

(9) Cf. Lempp, *Elie de Cortone,* Paris 1901. Rybka, *Elias von Cortona,* Leipzig 1874. Fr. Affò, *Vita di frate Elia.* Parma 1782; II. ed. ibid. 1819. [F. Venuti] *Vita di Fra Elia,* 1755; II ed. Livorno 1768. Klotz, *Das Leben des Elias von Cortona,* Leipzig 1769: *Italienische Biographie* I, 397 ss. *Salimbene,* ed. Parmae, ed. Holder-Egger (1905).

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno Domini **1242**, Ordinis vero 34, prima die febbruarii, migravit ad Dominum Virgo Deo devota, beata Viridiana de Castro Florentino (2), quam Beatus Franciscus licet esse[t] reclusa, ad 3^{m} Ordinem recepit; que plurimis claret miraculis.

Eodem anno, 29 maii, apud Avinionetum (*a*) Tholosane diocesis, frater Stephanus (3), inquisitor heretice pravitatis cum fratre Raymundo socio et fratre Guglelmo etiam inquisitore Ordinis Predicatorum, cum duobus sociis aliisque plurimis, in nocte Ascensionis ab iniquis fidei hereticis, cantantes *Te Deum laudamus,* fuerunt crudeliter interfecti et glorioso martirio consecrati.

(**15**r:) Septimum Capitulum Generale celebratum est Bononie (4), anno quo supra, per fratrem Aymonem, in quo ipse Generalis fecit illam rubricam de agendis in missa, que incipit: *Indutus planeta Sacerdos.* Et aliam de ceremoniis divini officii, que incipit: *Ad omnes horas canonicas.*

Anno **1243**, sanctus Bonaventura de Balneo Regio (5), etatis sue anno circiter 22, memor voti facti a matre, habitum Religionis devotissime suscepit.

Frater Aymo Generalis, cum fere annis 5 Ordinem (*b*) gubernasset, diem clausit extremum anno **1244**, in civitate Ananie, ubi tunc residebat Curia Romana, in Conventu prefate civitatis tumulatus (6). Hic inter ceteros Doctores Doctor illustratus appellatur, de quo scribitur, quod totum scibile sciverit. Scripsit satis ac[c]urate super quatuor Sententiarum libros, et alia plurima (7).

(*a*) Posterius corr. in *Avinionatum.* (*b*) Cod. *Ordinis.*

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107.

(2) BHL II, 1234. [Lorenzo Poltri, vel Raffaello Badii] *Vita della gloriosa S. Verdiana da Castelfiorentino,* Firenze 1692. Wadd. an. 1242, n. 30ss.; an. 1533, n. 14; e Marian.

(3) De Narbona. *Bessa* 669. CG 248s. Socius erat Guil. de Montepessulano; *Conf.* 308, 345, 537. B. M. Reichert O. Pr., *Fr. Gerardi de Fracheto Vitae SS. Fratrum Praed.* Romae 1896, (*Mon. Ord. Praed.* I) 232.

(4) Hoc capitulum commemorat tanquam *definitorum* CG 247. Rodul. 237v; Wadd. an. 1242, n. 1. ALKG VI, 21, 29. Cf. quoque *Firm.*^{1} fol. XXVIIIb, itemque *Firm.*^{2} f. 32c. Utrumque idem de rubricis habet. Cf. CGenM 696 (660). AFH I, 114, 152.

(5) Cf. de eo *S. Bonav. Opera Omnia,* X. 1902. — De anno ingressus in religionem l. c. 40ss.; cf. *Conf.* 305 nota; AB XXII, 1902, 362.

(6) CG 255. Cf. *Iord.* ed. Boehmer, n. 73, 76. Attamen Curia Romana 1243 Anagniae erat, non vero anno 1244: Potthast, *Reg.* 11163-11491.

(7) De eius operibus Wadd., *Script.* 162s; 111^{2}; 118^{3}. Sbaralea, *Suppl.* 333, 728; I^{2}, 340.

Octavum Capitulum Generale celebratum est Ianue, in festo Beati Francisci, anno Domini **1244**, per Dominum Innocentium quartum; in quo Capitulo fuit electus Generalis Minister frater Crescentius de Esio, Minister Provincie Marchie (1). In quo Capitulo ipse Generalis precepit universis Fratribus, quod sibi in scriptis dirigerent quicquid de vita, signis et prodigiis Beati Patris Francisci scire veraciter possent (2).

Anno Domini **1245**, circha festum Sancti Iohannis Baptiste, Dominus Innocentius Papa IV Lugdunii cepit celebrare Generale Concilium (3).

In quo de consilio Fratrum misit ad Tartaros fratrem Iohannem de Plano Carpini et fratrem Benedictum de Pollonia et fratrem Stephanum de Bohemia cum litteris apostolicis, ut ipsum a persecutione Christianorum compesceret. Hic frater Iohannes postea in sua reversione scripsit librum de moribus Tartarorum multum copiosum (4).

Illustrissimus Iohannes, imperator Constantinopolitanus, cum per aliquos annos imperasset, pompa[m] huius mundi conculcans, revelatione premonitus, habitum Ordinis suscepit. In quo humilis et pauper 15 annis vel circha vixit. (**15v**:) Et humilia et vilia officia, que alii fratres faciunt, humiliter et devote usque ad mortem fecit (5).

Frater Iohannes de Steincal (6), Provincie Argentine, eodem anno **1245**, ultima die iunii, ex hac (*a*) vita migravit ad celum, patrator miraculorum.

Frater Colinus (7), olim Minister Argentine, multis claruit miraculis.

Frater Galterius (8), italicus, vir devotissimus et sanctus, claruit in Provincia Sancti Iacobi, unus de primis Fratribus missis per Beatum Franciscum, qui tam clara et famosa sanctitate resplenduit, ut gentes latius ad Ordinis devotionem a[t]traheret; et inter alia signa que fecit, oleum de sepulcro suo emanans infirmis remedia sanitatis confert.

(*a*) Cod. *ach.*

---

(1) Cf. Ehrle II, 256ss. *Salimb.* 60, 136, 317, (176, 307, 550) CGenM 697 (660) *Chron. 7 Trib.* Döllinger, II 466ss. CG 261ss. Wadd. an. 1247, n. 7ss. Sabatier, OCH I, 109ss, ubi de eius ministeriatu.

(2) CG 261. *Thom. de Cel.* ed. d'Alenc. XXXIIIss. *Dial.* XIss. Sabatier, *Vie,* LXI ss.

(3) Prima sessio Concilii I Lugdun. revera habita est die 28 Iun. 1245, et congregatio praevia 26 Iun., dum Ascensio Domini fuerat iam 25 Maii.

(4) De istis et eorum relationibus cf. Golubovich, BFS I, 190-215. *Iord.* ed. Boehmer, p. 21 not. 2. *Salimb.* 82ss, (205ss), *Glassb.* 21ss, 29ss, 56ss. Wadd. *Script.* 221; 151[2]; 149[2]. Sbaralea, *Suppl.* 453. D'Avezac, *Relation des Mogols ou Tartares par le Frère Iean du Plan de Carpin.* Paris 1838. Liverani, *Fra Giovanni da Pian di Carpine.* Perugia 1876: Siena 1878. Chevalier II[2], 2472s.

(5) BTS I, n. 49, 178ss. 186ss.

(6) *Glassb.* 70. « *Steyncalsi* », qui locus, qualis sit ignoratur: cf. Eubel, *Geschichte* 190, 377. *Catal.* 36. *Bessa,* 669. *Conf.* 326, 550.

(7) Colinus (vel Golinus vel Göllin) min. prov. 1279-1289, quo anno mortuus est; *Glassb.* 94, 99, 105. Eubel, *Geschichte* 158, 161s. 191, 220. 264. *Catal.* 36. *Conf.* ll. cc.

(8) CG 13, quocum Marianus pluribus concordat. Rodul. 105. Lisb. l. VI, c. 30; Wadd. an. 1258, n. 8 inde et e Mar.

Frater Iohannes presbiter, et alter laycus, in conventu Astorice miraculis illustres fuerunt (1).

Frater Iohannes (2) alius, in conventu Ulisbonensi sanctitate micuit.

Frater Martinus (3), laycus, in prefatu conventu Ulisbone sanctitate fulsit; vir vite perfectissime, oratione sublimis et miraculis admirandus.

Frater Horfeus (4), qui in Toleto iacet, inter alia sua miracula, cum esset antiquus et quoddam (*a*) flumen esset transiturus, non habens navigium, posito mantello super aqua, et super eum (*sic*) ascendens, statim in alia parte fluminis se reperit.

Frater Antonius de Sagovia (5), existens monacus cisterciensis et in multa fama sanctitatis, ex visione com[m]onitus a Deo, factus est Frater Minor. Qui inter alia sua signa sanctitatis aquam convertit in vinum. Hic in conventu Aquensi, Provincie Equitanie, honorifice traditus est sepulture.

Frater Alexander de Ales (6), anglicus, theologus, signis et virtutibus decoratus, precipue in humilitate, Parisius laborans in extremis, commendando animam suam Beate Virgini feliciter obdormivit in Domino, die 21 (7) augusti, anno superius expresso **1245**. Qui cum esset utriusque iuris Doctor et Sacre Pagine professor, scripsit ad longum super totam Bibliam, nihil dimictens indiscussum, opus quidem (**16r**:) prolixum ac laboriosum. Scripsit etiam, ex mandato Innocentii III Summam Theologicam (*b*) in quatuor partes divisam. Item, Summam Virtutum, tertie partis sue Summe continuativam, que tertia tertie Alexandri dicitur. Item, primus inter Doctores super Sententias ad litteram, scriptum egregium. Item Compendium Theologie in sex libris divisum. Item volumen de Sacramento Penitentie. Item Mariale egregium in sex libris divisum. Huius doctrina per Ecclesiam approbata cum Bulla et per sexaginta doctores Parisienses; ex qua a quibusdam Doctor Doctorum, ab aliis Fons Vite, sed generaliter ab omnibus Doctor Irrefragabilis appellatur.

(*a*) Cod. *quemdam*. (*b*) Cod. *Theologiam*.

---

(1) *Conf.* 321, 534. Wadd. an. 1272, n. 26; e Conf.

(2) CG 342. Wadd. an. 1249, n. 7; e Mar.

(3) CG 343. Wadd. l. c. n. 8.

(4) *Catal.* 43. *Conf.* 323, 535.

(5) CG 334-6.

(6) Sufficiat de eo remittere ad Wadd. *Script.* 8-9; 5-6[2]; 6-7[3]. Sbaralea, *Suppl.* 13-20, 723; I[2] 14-22. Endres, *Des Alexander von Hales Leben und psychologische Lehre*, Fulda 1888. Felder, *Studien*, 176ss. 216ss, etc. *Etudes*, 186ss. 226ss.

(7) Dies mortis recte indicari videtur, sed alia de eo hic dicta, erroribus scatent. Nullius Pontificis *iussu* scripsit hoc opus, quod ad summum Innocentius *quartus* iussisset. Illud opus super *bibliam* ignoratur. *Summa virtutum* ipsius non est, neque *Mariale*, neque *Compend. Theologiae*, vix opus de *Sacram. Poenitentiae*. Quo sensu *primus* super Sententias scripserit, cf. Felder, *Studien*, 195ss.; *Etudes*, 205. Doctrina eius *formaliter* approbata non fuit ab ecclesia, sed in bulla Alexandri IV, magnopere commendata; cf. BF I, 151s. Denifle-Chatelain, ChUP I, Paris 1889, 328s. Hic p. 329 negatur approbatio a Doctoribus Parisien. data, sed cf. *Conf.* 309, 336. 543. Aliquatenus Pisanum sequitur Marianus: Cf. *De illust.* ap. *Firm.*[1] XLIIa. Cf. etiam p. 324 not. 7, 325 n. 9.

Frater Electus, Provincie Colonie, cui oranti, inter alia signa sanctitatis, Beata Virgo Maria cum Sancta Agnete et Sancta Katherina apparuit et sibi diem mortis revelavit (1).

Frater Aldulfus, quondam Comes Alsancie, eiusdem Provincie, vir sicut et genere, ita et sanctitate preclarus, cui agonizzanti apparuit Beata Virgo cum immenso lumine et innumerabili multitudine sanctorum (2).

Frater Asson prefate Provincie, vir sanctitate et signis clarus (3).

Frater Niccolaus, qui in vita et post, multis claruit miraculis (4).

Frater Electus, tante erat virtutis, quod tactu manuum suarum sanabat infirmos (5).

Frater Theodoricus (6), frater Hangerus de Saxonia (7), frater Herincus de Affrica (8), frater Iohannes de Pirna (9) et frater Petrus de Barbantia (10), omnes de Provincia Colonie, viri mire sanctitatis et miraculis radiosi.

Frater Bertholdus de Ratispona (11), Provincie Argentine, vir doctrina preditus ac predicator egregius, qui in mortali vita degens, tot signis et miraculis claruit, ut a concivibus suis felix eius transitus sole[m]pniter celebratur.

Frater Terentius (12), Minister olim Provincie, frater David (13) et frater Hudo (14), vita et signis preclari.

(**16**v:) Frater Corradus et frater Nocsellus (15), in Provincia Saxonie pro confessione vere fidei sacrum susceperunt martirium. Frater Landulphus (16), provincie Saxonie, cuius lotura pedum infirmos curabat, et multa alia miracula in vita et post mortem fecit. Frater Erthfridus (17): hic vidit Angelum cum thuribulo aureo turhificantem Fratres in coro cantantes, cui et beata Maria multas consolationes tam spirituales quam corporales (*a*) exhibuit.

Frater Electus (18), frater Iohannes (19), frater Corradus (20),

(*a*) Cod. *spiritualia quam corporalia.*

(1) *Catal.* 35. CG 240. *Conf.* 326, 549; cf. 325 not. 7.

(2) *Catal.* 34. CG 240. *Conf.* 325-6, 549. MG SS, XXV, 474. Erat comes *Holsatiae* et prov. *Saxoniae,* ut et sequens, non Coloniae uti *Catal.* etc. et Mar. habent.

(3) *Catal.* 34. CG 241. *Conf.* 325, 549 (Saxoniae).

(4) *Catal.* 34. Bessa 669. CG 240. *Conf.* 325, 548. MG SS, XXIV, 210.

(5) *Catal.* 34. *Conf.* 325. (6) *Catal.* 35 nota b. *Conf.* 326, 549. (7) Ll. cc.

(8) *Catal.* 34. CG 241. *Conf.* 325, 549; de Aquisgrano (?) Schlager, *Beitr.* 248.

(9) *Catal.* 34. CG 241. *Conf.* ll. cc.

(10) *Catal.* 34. CG 240-1. *Conf.* ll. cc. Cf. *Ecclest.* 254, ubi Fr. Petrus de Teukesbury sibi ipsi factum attribuit, quod alii Petro de Brabantia tribuunt. Omnes isti de prov. Coloniae.

(11) Salimb. 324ss. (559ss.) *Catal.* 35. CG 238-9. *Conf.* 326, 550. *Glassb.* 74, 83s. Eubel, 29ss, 250ss. Rieder, *Das Leben Bertholds von Regensburg,* Freiburg, 1901.

(12) (Terdericus, Theodoricus) *Glassb.* 61, 70, Eubel, *Geschichte,* 158ss. *Catal.* 35. CG 240. *Conf.* 329, 550.

(13) *Catal.* 35. CG 239. *Conf.* l. c. Glassb. 83. Eubel, 31ss, 225ss. Hecker, *Kritische Beiträge zu David von Augsburg Persönlichkeit und Schriften.* Hamburg, 1905.

(14) *Catal.* 36. CG 240. *Conf.* 327, 550; sic et *Catal.* etc. sed videtur *Coloniae.*

(15) *Catal.* 38. CG 237, 416. *Prov.* 66. *Conf.* 327. Golubovich, BTS I, 479.

(16) *Catal.* 37. CG 237. *Conf.* 327, 552.

(17) *Catal.* 38. CG 237. *Conf.* 327, 552. Hinc Marianus.

(18) *Catal.* 38 (Bremensis). CG 237. *Conf.* 327, 551.

(19) *Catal.* 38. Cf. 237 nota 5. *Conf.* 327.

(20) *Catal.* 38 (Hildesheim). CG 238. *Conf.* 238, 551. Cf. Lemmens, *Niedersächsische Franziskanerklöster im Mittelalter,* Hildesheim 1896.

frater Simon lector (1), frater Iacobus de Trivisio (2), frater Jordanus de Jano (3) vallis Spoletane, frater Gilibertus (4), frater Electus Guardianus, et frater Electus procurator (5), et frater Iohannes (6), omnes propter vitam et miracula preclara Saxonie Provinciam lustrarunt.

Frater Theodoricus Saxon (7), frater Ioannes de Vuaberth (8), frater Corradus de Stogelem (9), frater Benedictus (10), frater Pericleodus (11), frater Perurgens (12), frater Colomanus (13), frater Herincus de Munzendor (14) laycus, et frater Fredebaldus (15), omnes viri perfectissimi et miraculis corruscantes, in eadem Provincia Saxonie requiescunt.

Frater Gerardus et frater Marcoaldus, Provincie Boemie, qui in vita et post miraculis corruscarunt (16).

Frater Nicolaus et frater Iohannes de Vafrodia (17) in Provincia Hibernie claruerunt, ad quorum sepulcra curantur infirmi, ad vitam restituuntur occisi, et perfecte sanantur vulnerati.

Frater Lucas, socius Sancti Antonii de Padua (18). Hic tam sanctitate quam doctrina et predicatione claruit, qui, preter miracula, Dominicale pulcerrimum, utile, solemneque, ad predicandum edidit et subtile.

Frater Fidentius (19), frater Gerardus (20), frater Marcus (21) laycus, et frater Benedictus laycus (22), omnes in Provincia Sancti Antonii, sanctitate preclari et miraculis gloriosi.

Frater Niccolaus de Bononia, dum ad[h]uc viveret, inter alya miracula, mortuum dum a[d] sepulturam ferebatur suscitavit, et novos oculos (*a*) [cuidam, a quo erant eruti, reddidit] (23).

(*a*) Phrasis manca; e fontibus supplevimus.

---

(1) (Anglicus) *Iord.* n. 52. 4. 7. 8. *Catal.* 37. *Conf.* 327, 552. *Glassb.* 42-8, 50-2. Felder, *Studien* 245-8. *Etudes* 254ss.

(2) *Iord.* 33, 37, 48. *Catal.* 37. *Conf.* 327, 552.

(3) Cf. eiusdem *Chronica Fr. Iordani* ap. AF I, 1-19 ed. Böhmer, Paris 1908. ubi biographia eius p. LVI-LXVIII. *Glassb.* 5, 9, 13, 19, 21ss. *Conf.* ll. cc.

(4) *Catal.* 38. CG 237. *Conf.* ll. cc.

(5) *Catal.* 37. CG 235-6. *Conf.* 327.

(6) LL. cc. et *Conf.* 552.

(7) *Catal.* 38. CG 238. *Conf.* 327, 551.

(8) *Catal.* 38 (in Oschatz). CG 238. *Conf.* ll. cc.

(9) *Catal.* 37. CG 237. *Conf.* 327. Cf. supra II, 73, 78, (32).

(10) LL. cc. et *Conf.* 551. Cf. s. 73, 77, (19s.).

(11) CG 238, unde hausisse videtur Marianus.

(12) L. c. (13) L. c. (14) L. c. (15) CG 234-5.

(16) *Catal.* 39. CG 243. *Conf.* 329, 554. *Acta SS.* Mai, VII, 183. Cf. *Arturus,* 230.

(17) *Catal.* 40. *Prov.* 114s. *Conf.* 332, 547. Marianus utrique idem attribuit, quod fontes alteri eorum adscribunt.

(18) *Catal.* 17 et nota a. *Salimb.* 45, 64 (86, 88, 182, 215). CG 504. Sbaralea, *Suppl.* 492. *Conf.* 274, 340, 525, unde Marianus. (Lucas Belludi Patavinus).

(19) *Catal.* 17. CG 504. *Conf.* 274, 525.

(20) De Mutina, Prov. Bononiae. *Salimb.* 35-8, 401, 406, 412. *Ecclest.* 242. *Catal.* 16. *Prov.* 214. CG 504. *Conf.* 263, 523. Picconi, *Serie* 34, 47, 491.

(21) *Catal.* 17. CG 504. *Conf.* 274, 525.

(22) *Salimb.* 322-5. *Catal.* 16. *Bessa,* 669. CG 225. *Conf.* 262, 521. Ex utroque loco Mar. suum conflavit.

(23) *Conf.* 273, 521. Wadd. an. 1220, n. 12.

(17r:) Frater Guglelmus laycus de Cortemilio, vita sanctissima et miraculis luminosus (1).

Anno Domini **1246**, Ordinis vero 38, die 19 maii, Florentie migravit ad Christum sanctissima vidua Humiliana de Circulis, 3ia Ordinis Beati Francisci, anno etatis sue 27; cuius [in] vita admiranda miracula habentur (2).

Nonum Capitulum (3) celebratum est Avinioni per Innocentium Papam, anno **1248** et anno 10 Ordinis, ad quod Capitulum Generalis non venit per insufficientiam suam, qua comperta et inutilis inventus Ordini, simpliciter fuit absolutus et factus Episcopus Assisinas (4). Deinde electus est Generalis frater Iohannis Parmensis, vir singularis scientie, Doctor Parisinus ac religiositate preclarus, magnus predicator, vite sanctissime ac sublim[is] contemplationis, nec non miraculorum patrator (5).

Anno Domini **1249**, Dominus Papa in Lugdunio, de consilio Cardinalium, condonavit Fratribus Minoribus Abbatiam Sancte Marie de Araceli in Capitolio Urbis (6).

Item, eodem anno ipse Pontifex cum legatione misit in Greciam fratrem Iohannem Generalem, ut tractaret unionem Ecclesie orientalis cum occidentali (7).

Anno **1250** Sanctus Lodovicus Rex Francie, quinta die mensis aprilis, apud Damiatam Egipti a Saracenis captus est (8). Quo die frater Gerardus, socius Generalis, dum in platea civitatis Constantinopolitane populo predicaret, factus in excessu mentis et post in se reversus, lachrimans dixit: «Modo in [h]ac hora aquila capta est». Deinde declarans quod dixerat, ait: «Nunc a Saracenis vir Dei christianissimus, Lodovicus, Francorum Rex, cum exercitu suo captus est. Orate pro eo, suorumque salute ac liberatione» (9).

---

(1) *Conf.* 263, 521. Wadd. an. 1220, n. 12; 1245, n. 3 (Suppl. Melissani).

(2) *Catal.* 17. CG 189 nota. *Conf.* ll. cc. Wadd. an. 1230, n. 18.

(3) Capitulum erat revera Lugduni anno 1247, testante Fratre Salimbene, ibi praesente. *Salimb.* 62, 137 (178, 309). *Iordan.* ed. Boehmer, n. 75. Wadd. an. 1247, n. 1, Marianum allegans et alios. ALKG VI, 30. Curia Papalis per totum Augustum, aliosque menses Lugduni morabatur: Potthast, *Reg.* n. 12630-12678. Sabatier, OCH I, 121, 126s.

(4) Idem dicit CG 269, cf. CGenM 697 (661). De facto Crescentius ab Assisinatibus in episcopum postulatus fuit, sed interea Innocentius ad hanc sedem nominaverat Fr. Nicolaum de Carbio O. F. M., et Crescentium 29 April. 1252 designavit episcopum Aesinum. Cf. Wadd. III, 476 seq. Sbaralea, BF I, 502 seq. OCH I, 122-3. Eubel, *Hier.* I, 73, 114.

(5) De eo *Salimb.* 60, 62, 93ss. 137ss. (162ss. 221ss. 231ss.). CG 270ss. Fr. Affò, *Vita del B. Giovanni da Parma*, Parma 1777. Luigi da Parma, *Vita del B. Giovanni d. P.* Quaracchi 1900, ediz. II. — Cf. infra p. 216 n. 2.

(6) Innocentius IV hoc monasterium Fratribus O. M. dari precepit, sed frustra, bulla 12 iun. 1249: BF I, 530-1. Wadd. an. 1251, n. 37, quapropter alia bulla diei 26 iun. 1250: BF I 545, Wadd. l. c. n. 36, mandatum hoc renovavit. Conventus cessus est Fratribus Minoribus 18 nov. 1250, quam cessionem Papa bulla 5 Iulii 1252 confirmavit: BF I, 616-18. Wadd., III, Reg. p. 509.

(7) De hac legatione cf. *Salimb.* 93ss. 148s. 319s. (222ss. 320s. 553ss.). Golubovich, BTS I, 219-28. — Cf. infra p. 322, n. 3.

(8) Vita S. Ludovici auctore Guil. de S. Patusio O. F. M. ap. *Acta SS.* Aug. V, 584; cf. Golubovich, BTS I, 298. Chevalier, *Rép.* II^2, 2873-83.

(9) Angelus de Clareno, *Chron. VII Tribul.* ap. Ehrle, ALKG II, 268-9.

Anno Domini **1251** suscitavit Demon spiritum cuiusdam magistri Guglelmi de Sancta Martha, qui contra Religiosorum pauperum statum diffamatorium libellum promulgavit (1), asserens quod non erant in statu salvandorum, nec eis era⟨n⟩t meritoria eorum mendicitas, cum deberent propriis manibus (17v:) laborare, et alia plurima. Propter quod magnam Ordinis persecutionem suscitavit, Curia Romana iam ad Italiam reversa. Sed tamen per solempnes et sanctos viros, claros scientia, videlicet Bonaventuram et Thomam de Aquino defensatus fuit status evangelicorum pauperum, propter quod Methis celebratum est Capitulum Generale.

Decimum Capitulum celebratum est Methis, Provincie Francie et Custodie Lothoringie, per fratrem Iohannem Generalem, de Grecia reversum, sed quo anno non clare habetur (2). In quo quotidie clarissimis disputationibus et determinationibus defensatus est status evangelicorum pauperum.

Anno Domini **1252**, die 30 maii, Ferdinandus rex Castelle, vir virtutibus et fide plurimum ornatus, migravit a seculo, habitu Fratrum Minorum indutus (3). Et in sequenti festo Sancti Andree apostoli, soror prefati Regis, videlicet Blancha Regina Francie, mater Sancti Lodovici Regis, de tertio Ordine Beati Francisci, migravit ad Christum, miraculis clarens (4), ut asserit Didacus de Valeria in sua Cronicha (5).

Frater Helyas de Cortona, olim 3 Generalis Ordinis existens, sancte Ecclesie rebellis et excommunicatus ab ea et habitu Ordinis privatus, cum laboraret in constructione ecclesie et conventus Cortone, infirmatus est ad mortem in domo sua, quam ipsemet sibi hedificaverat. Et cum se videret ad extremum, penitentia ductus, quia adheserat Federico contra mandatum Ecclesie, se culpabilem proclamavit, et coram testibus |ab| Archipresbitero Cortone penitentiam petiit et recepit. Et exinde suspirans et gemens, magna cum contritione omnia ecclesiasticha sacramenta recepit. Denique consumatus, expiravit 22 aprilis, anno Domini **1253** (6).

(*a*) Eodem anno, undecima Augusti, Clara, sanctissima primiceria pauperum Dominarum, feliciter migravit ad astra, anno etatis sue 60, a

---

(*a*) *Eodem .... appellatus est* adiecta sunt in folio insiticio, quod in numeratione *antiqua*, quam nos sequimur, numero carebat.

---

(1) Librum *De periculis novissimorum temporum;* cf. Denifle, *Chart. Univ. Paris.* I, 331, 337, 345, 363, 366, 391, 397, 417. Idem ap. ALKG I, 49 seqq.

(2) CG 275. 279. Cf. *Ecclest.* 235, 249, 255. *Salimb.* 130 (300), cf. Wadd. an. 1249, n. 1. ALKG VI, 31s.

(3) Ferdinand. III (1201-1252, 30 Mai). F. Fita, *Biografias de San Fernando y de Alfonso el Sabio por Gil de Zamora* ap. *Boletin de la real Academia de la Historia*, V, Madrid 1884, 309-19. Papebrochius, *Acta Vitae S. Ferdinandi*, Antverpiae 1684. Berguin et E. Chapuis, *S. Ferdinand, roi de Castille et de Léon, du Tiers-Ordre*, Grenoble 1896.

(4) *Acta SS.* Aug. V, 435. Berger E. *Histoire de Blanche de Castille, reine de France*, Paris 1895. Chevalier, *Rép.* II². 610s. Obiit 1 dec. 1252.

(5) Didacus de Valera, *Chronica de España*, primum ed. Sibiliae 1482. Cf. Nic. Antonius, *Bibliotheca hispan. vetus* II. Matriti 1788. 314-7. Hain, *Répert. bibliogr.* IV (1838), 15766-72.

(6) Lempp, *Elie*, 154, 174ss. *Studi storici* IV, Torino 1895, 41ss. cf. *hic* 107 not. 9. *Ecclest.* 243. — Cf. supra p. 107, n. 9.

conversione autem sua anno 42, cuius obsequias solempniter celebravit cum tota Romana Curia Innocentius IV, qui etiam Officium de Virginibus precepit cantari, ut prius eam canonizare videretur, quam corpus esset traditum sepulture. Verum cum Dominus Raynaldus, Ostiensis Episcopus, in his morosius fore agendum esse dixisset, Missa de Mortuis cantatur. Tandem vero corpus eius cum hymnis (*a*) et canticis et sono tubarum iubet Pontifex elevari et [in] civitatem portari, et ipse cum Curia illud prosequens in ecclesia Sancti Georgii honorifice deposuit (1).

Eodem anno, in festo Sancte Lucie, idem Innocentius, Neapolim existens, migravit a seculo, et ibidem in ecclesia nostra Sancti Laurentii, ex devotione ad Ordinem, voluit seppelliri, licet postea Romam translatum in divi Laurentii templo sit traditum sepulture; post cuius decessum vacavit Sedes anno uno (*b*) et mensibus quinque, et fuit electus in Papa[m] prefatus Dominus Raynaldus, episcopus Ostiensis et Ordinis Protector, qui Alexander quartus appellatus est (2).

Reversus Generalis in Greciam, prefatam unionem tractans et quasi concludens, solempnes legatos mictere cum magno apparatu procuravit (3). (18r:) Sed illi in itinere, diabolo procurante, spoliati et impediti, Constantinopolim redire compulsi sunt. Rursunque alii cum equali solempnitate destinati sunt. Sed etiam in via impediti in Greciam redierunt. Et nisi quod hoc anno **1253**, simul Papa et frater Iohannes, olim Imperator, descesserunt, istud negotium omnino devotus Generalis consumasset, quod pro nunc non habuit effectum.

Frater Iohannes, olim rex Ierusalem et Imperator Grecorum, cum fere quatuordecim annis in Ordine laudabiliter in multa humilitate et exemplaritate vixisset, meritorum recepturus premia suorum, ad gloriam migravit. Cuius corpus in honorifico sepulcro Assisii (*c*) sepultus (*sic*) fuit, licet super sepultura in habitu regali sit sculptus (4).

Sanctus Lodovicus rex Francie, cum audisset mortem sue matris, ex Siria recedens, anno **1254** Parisius reversus est (5); ubi de perfectione in perfectionem crescens, deposita omni pompositate vestium et aliorum, sub humili (*d*) habitu tertii Ordinis, dignos fructus penitentie faciebat (6). Et inter alia, ut peregrinus et incognitus, licet cum decenti comitiva, limina Apostolorum visitavit et omnia loca Beati Francisci

---

(*a*) Cod. *hinnis*. (*b*) Cod. *una*. (*c*) Cod. *Sisii*. (*d*) Cod. *humilem*.

---

(1) *Acta SS.* Aug. II, 764. Legendam illam Thomae Celan. allegare videtur hic Marianus.

(2) Mortuus est Innoc. IV revera die VII Dec. 1254, et in *maiori* ecclesia Neapoli tumulatus est. Potthast, *Reg.* p. 1283 et Alexander eius successor electus est statim 12 dec. 1254, l. c. p. 1286. De ipso uti protectore Ordinis, *Salimb.*, 102, 208ss. 236ss. (162, 383). Phil. de Perusio, AF III, 709s. MG. SS. XXXII, 681.

(3) Secunda legatio Iohannis de Parma isto tempore ignoratur: cf. Golubovich BTS I, 224. Cf. *Chron. VII Trib.* ALKG II, 268s, et CG 277, quod sequi videtur Marianus. Supra p. 322, n. 7.

(4) Golubovich, BTS I, 138. Thode, *Franz von Assisi* etc. ² Berlin 1904, 297 ff. cf. Venturi, *La Basilica di Assisi*, Roma 1908. p. 41s, 60.

(5) *Acta SS.* Aug. V, 437s.

(6) Wadd. an. 1254, n. 28ss. *Acta SS.* l. c. 436s.

in Assisio (1); deinde Perusium veniens, visitavit fratrem Egidium, 3^um^ socium Beati Francisci. Et cum Beatus Egidius audisset peregrinum esse in porta, per spiritum cognoscens quis esset, quasi ebrius cursu velocissimo accessit ad portam, ubi ambo in amplexus mirabiles et devotissima oscula ruerunt. Et pariter ambo genuflexi, ac si antiqua amicitia se cognovissent, et ostensis sibi signis charitativi amoris, nullum verbum alter alteri proferens, cum ammodo *(sic)* silentio ab invicem decesserunt.

Anno Domini **1255**, Ordinis vere 47, die 26 septembris, Dominus Alexander IV, in ecclesia maiori Ananie, in chathalago Sanctarum (*a*) Virginum ascripsit Sanctam Claram (2).

Item, eodem anno, idem Dominus Papa prohibuit fratribus Predicatoribus, ne fratres Minores Ordini obligatos recipiant. Nam aliquos receperunt, ex quibus iurgia et lites orta fuere (3). Ex quibus etiam frater Iohannes Minister Generalis cum Magistro (18v:) Generali Predicatorum conveniens, nonnulla statuit pro pace (*b*) et concordia inter utrumque Ordinem, que per modum epistole divulgarentur per Ordines Minorum et Predicatorum (4).

Eodem anno delata est querela a Parisiensibus ad Dominum Papam contra illum Magistrum Guglelmus de Sancta Martha (5), qui contra Religiosorum pauperum statum, librum diffamatorium promulgaverat (*c*), dogmatizans quod salvari non possent. Quapropter Alexander Papa precepit prelatis et doctoribus Ordinum, ut responderent. Convenerunt plurimi Rome, inter quos de Ordine Minorum erant Sanctus Bonaventura, frater Beltrandus de Baiona (6), Provincie Equitanie, famosus Magister. De Ordine vero Predicatorum venit Sanctus Thomas de Aquino et frater Albertus Magnus, qui omnes ad nihilum deduxerunt, ut frivolas et falsas, rationes Magistri Guglielmi et suorum complicium, confundentes eos et ostendentes dictum libellum perniciosum, scelestem et detestabilem. Et contra ipsum in favore mendicantium Sanctus Bonaventura libellum edidit, qui intitulatur Apologia pauperum (7). Sanctus Thomas etiam alium scripsit, qui intitulatur

---

(*a*) Cod. *Sanctorum*. (*b*) Cod. *page*. (*c*) Cod. *premulgaverat*.

---

(1) Wadd. an. 1267, n. 13. *Acta* 449. *Actus* c. 46. Fioretti c. 34. Occursus duorum sanctorum et iter S. Ludovici apocrypha.

(2) Prima bulla Canonizationis Sanctae data fuit 26 sept. 1255, cf. Potthast, *Reg.* n° 16025, secunda, hanc repetens, 19 oct. 1255, ap. Wadd. an. 1255, n. 6. BF II, 81.

(3) BF II, 50 (22 Mai. 1255).

(4) Wadd. an. 1255, n. 12, ubi textum exscripsit « ex chronicis MSS. Mariani » p. 380-83.

(5) Denifle, ChUP I, 292ss. n. 256ss.

(6) Cf. de eo CG 273s. Wadd. *Script.* 60, 42^2^, 44^3^. Sbaralea, *Suppl.* 138, I^2^, 144. Disputatum fuit non Romae, sed Anagniae, cum tamen neque Bonaventura neque Guil. de S. Amore adfuit; de Bertrando dubium est; cf. Thom. Cantimpratanus, *De apibus* l. II, c. 10; ChUP I, 333. Bulla condemnationis data fuit Anagniae 5 oct. 1256. ChUP I, 331ss.

(7) *Opera S. Bonav.* VIII, 233-330. Cf. l. c. X p. 61, ubi hic liber contra Geraldum de Abbatisvilla confectus anno 1269 esse dicitur. Bonaventura contra Guil. de S. Amore scripsit: *Quaestio disputata de paupertate* l. c. V, 124-165. Cf. ibid. p. VI-XII. tom. VIII, 233, nota 4.

Contra Impugnantes Religionem (1). Denique reprobatus et condemnatus prefatus liber (*sic*) cum suo auctore, piissimus et sanctissimus Lodovicus, amator evangelice paupertatis, convocavit in sua presentia Universitatem Parisiensem in suo virgulto, et dictum libellum solempniter conburere fecit, et magistrum Guglelmum de toto regno Francie confusibiliter expulit (2).

Frater Beltrandus supradictus (3), cum de Roma rediisset ad Provinciam suam Equitanie, in itinere infirmatus, venit Lemovicas. In quo diem clausit extremum vite sue. Hic quicquid Magister Guglelmus dixerat sic clare recitavit, eius articulos totaliter resolvendo in prefata disputatione, ut blasfemus ille Guglelmus diceret stupefactus: « Vel tu es Angelus, vel tu es diabolus, seu Strabo de Baiona ». Ille vero respondit: « Ego non sum Angelus, nec diabolus, sed vere sum Strabo de Baiona ». Certe enim (19r:) ab infantia sua erat Strabo.

His temporibus plurimi doctores florebant in Ordine ex quibus aliquos subnectam, videlicet:

Sanctus Bonaventura Magister Parisinus, Doctor Seraphicus appellatus, Cardinalis et Episcopus Albanensis, scripsit super quatuor Sententiarum libros valde egregie, presertim super 2^m^; scripsit etiam Postillam super Lucam et super Iohannem, et Sermones super Evangelia et Epistolas Domenicales per totum annum. Et super Genesim et super Ecclesiasten. Item, Compendium Theologie et plurima Quodlibeta, et circha trecenta parva opuscula (4).

Frater Alexander de Villa Dei, Sacrarum Licterarum Professor, qui inter alia sua scripta etiam in Gram[m]aticha scripsit librum vulgatissimum, quem Doctrinale nominavit (5).

Frater Iohannes de Rupella, Thuronie Provincie (6), scientia lucidus et profundus, Alexandri de Hales auditor. De quo eidem Alexandro Parisius in capella Sancti Frontonis oranti, ostensum fuit diyinitus quantum (*a*) hic Dei Ecclesiam novo illustrationis igne illuminaret (7). Vidit quidem supra caput eius orantis magnum luminis globum totam capellam mirabiliter illustrantem. Evasit enim in theologia et philosophia magnus, in predicatione maximus, in religiositate clarissimus. Tanti ingenii etiam fuit, ut priorum magistrorum subtilitati adiciens, predicationis et lectionis artem et modos tradebat exquisitos. Scripsit etiam copiose super quatuor Sententiarum libros, et alia

(*a*) Cod. *quantus*.

(1) Lege: c. imp. Dei *cultum Opp. S. Thomae* XV, 1-75, Parmae 1864. Denifle, ChUP I, 297. AF III, 272.

(2) Denifle, ChUP I, 373, cf. 404; Sbaralea, BF II, 163. CG 280 et CGeM 698 (662), quocum pluribus concordat Mar.

(3) Cf. p. 323, nota 6.

(4) Cf. editionem criticam Ad Claras Aquas 1882-1902 tomi 10 et conspectum operum Sancti l. c. X, 1-26.

(5) Felder, *Studien*, 340, 421ss. *Etudes* 354, 436ss. ubi modernae de eo monographiae, cf. AFH II, 136; praesertim Thurot, *De Alexandri de Villa Dei Doctrinali eiusque fatis*, Paris 1850. Reichling, *Das Doctrinale des Al. de V.-D.* Berlin 1893.

(6) Sic et *Conf.* 543, 337, 379. CG 219, 247, 304. *Bessa* 696. Felder, *Studien* 212ss. *Etudes* 222ss.

(7) CG 219s. *De illustr.*; *Firm.* [1] fol. XLIIIc.

plurima, videlicet: Summam de Vitiis et Virtutibus. Opus egregium et prolixum super Matheum. Insigne et magnum volumen super omnes epistolas Pauli, opus valde utile. Super Apocalipsim. Sermones tam de tempore quam de Sanctis per totum annum, et opus de Anima hominis (1).

Frater Oddo Ugaldi (2), etiam Alexandri auditor, ibidem magistratus, genere clarus, sed clarior moribus et doctrina, famosissimusque predicator, Archipresul Rotomagensis ecclesie electus, tractus et coactus ad curiam, vita et doctrina sic excellenter in regimine fulsit, ut forma Presulum censeretur.

Frater Robertus Clephat, magister Parisinus, disputator invincibilis, scripsit subtiliter super 4 Sententiarium libros (3).

(19v:) Frater Gualterius Cepton, Anglicus, maximus theologus, inter cetera sua opera, solempniter scripsit super 4 Sententiarum volumina (4).

Frater Guglelmus Almoich, etiam Parisius doctoratus, luculenter in the[o]logica facultate super Magistrum Sententiarum edidit (5).

Frater Adam alter, Anglicus, vir utique excellentissimi ingenii atque scientie, scripsit solempniter super 4^{or} Sententiarum libros (6).

Frater Gilibetus de Tornace (7), vir tante doctrine, ut Alexander Papa IV, per duo brevia ei precepit quod opus Sermonale ab ipso inceptum perficeret, sibique destinaret, in quo 72 Sermones dominicales per totum anni circulum continentur, ac etiam Sermones festivi. Qui et alia opera subtilia et utilia fecit.

Frater Guglelmus de Militona (8), vir theologicus et in iure doctissimus. Hic inter cetera [que] conscripsit, ex precepto antedicti Summi Pontificis perfecit opus Alexandri de Hales sui magistri. Ad quod perficiendum, ex ordinatione et precepto Domini Pape, plurimi studentes ydonei fuerunt deputati, ut Magistro Guglelmo assisterent, et ad dictum opus consummandum fideliter adiuvarent. Tandem comple⟨c⟩tum et bene revisum, a 72 Magistris Parisinis scriptura propria ac sigillis fuit approbatum. Et demum ipse dominus Alexander cum bulla approbavit et confirmavit anno iam dicto **1255** (9).

Ipse Summus Pontifex cum bulla etiam declaravit in Sancta Maria de Angelis apud Assisium Indulgentiam esse plenariam Beato Francisco datam a Deo, oraculo vive vocis (10).

---

(1) Wadd. *SS.* 225; 153 [2]; 152 [3]; Sbaralea, *Suppl.* 458-9.

(2) CG 220, inde Marianus: 311, 353. *Conf.* 337, 379, 544. *De illustr.* f. XLIIIIa. Wadd. *Script.* 270; 184 [2]: 181 [3]. Sbaralea, *Suppl.* 568. Felder, *Studien* 214, 227s. *Etudes* 224, 234ss.

(3) Cf. *hoc periad.* II, pag. 102. not. 6 E *De illust.* f. XLIIIIa.

(4) *Conf.* 339, 547. E *De illust.* XLIIIIa. Wadd. *SS.* 149, 101 [2], 102 [3]. Sbaralea 314. I, 332 [2]. Little. *Grey Friars*, 60, 134, 170 (Chatton, Catton, Cacton etc.). Hic traditur obiisse anno 1343.

(5) *Conf.* 339. Wadd. 150; 102 [2]; 102-3 [3]. Sbaralea, 316, I [2] 334s. Little, l. c. Hic et sequens aequales tempore fuerunt cum praecedenti.

(6) AF I, 271. *Conf.* 339, 547. E *De illust.* XLIIId. Wadd. 1, 4; 1 [2], 3 [2]; 5 [3], 7. Sbaralea, 2-3, 723; I [2], 1, 2s. Little, 172s.

(7) *Conf.* 338 (ubi falsa). *De illust.* XLIVa. Wadd. 146, 100 [2], 100 [3]. Sbaralea, 308-9; I [2]. 326-7. Bullam habes ap. Sbaraleam ll. cc.

(8) CG 220, 280, 307, Wadd. 154, 105 [2], 105 [3]. Sbaralea, 324, I [2], 342. Bulla est ap. BF II, 151s. ChUP II, 328s.

(9) Cf. supra p. 307 n. 7 ChUP I, 329.

(10) Bulla apocrypha penitus, licet pluries edita uti authentica; cf. de ea Sabatier, *Bartholi* CLXIII-V, ubi textus.

Undecimum Capitulum Generale celebratum est Rome, per Dominum Papam Alexandrum, anno Domini **1256**, Ordinis vero 48, in festo Purificationis. In quo Capitulo sanctus Generalis frater Iohannes de Parma, cum omnimoda (*a*) importunitatis instantia, et impotentia allegata, a ministerio se absolvi obtinuit: et tunc in presentia Domini Pape, qui personaliter voluit interesse, electus est Sanctus Bonaventura, qui tunc actualiter Parisius legebat (1).

Frater Iohannes a ministerio absolutus, pro sua quiete elegit sibi devotum locum de Grecio apud Reatem, in quo 30 annis mansit in solido statu humilitatis, per exemplarem (**20**r:) vitam et miraculorum famam fulgens ut sol (2). Qui cum esset Doctor Parisinus super Sententias et Sacram Scripturam scripsit. Librum Sermonarium edidit, Rosarium appellatum, qui de conditionibus humanis [plura] continet (*b*) secundum varias hominum consuetudines, quadrifarie partitus. De Beneficiis Dei tractatum addidit. Plura alia devota opuscula composuit.

Electus in Generalem Sanctus Bonaventura, ad profectum Ordinis et pacem cum diversis heremitis intendens, cum Domino Papa plurimum insudavit. His enim temporibus erant multi Fratres diversorum Ordinum, et sub diversis titulis diversimode viventes in herimitoriis et locis solitariis, paupertatem Francisci amplecti volentes (*c*), non tamen ex professione sed solum eleemosinas questuando, que paupertas ante adventum Beati Francisci a nemine petebatur, sed magis expulsa eminus vilipendebatur; qui hinc et inde circuire ceperunt questuando amore Dei, multotiens ⟨se⟩ in habitu Beati Francisci, vel offuscata forma vel colore se conformabant. Qua propter scandala et iurgia interdum oriebant[ur] tam inter Fratres quam inter seculares et prefatos diversorum Ordinum. Unde sanctus Generalis, sicut predecessor suus frater Iohannes cum Domino Innocentio inceperat tractare, ita et ipse cum Domino Alexandro de prefatis habuit efficax et secretum colloquium. Dénique vero post multa statuit et mandavit ipse Dominus Alexander, ut omnes Congregationes predictorum in unam Ordinis heremitarum Sancti Augustini professionem se unirent, nigris dumtaxat cocullis uterentur, desuper ipsas deferentes amplas et patenter corrigias, portantes in manibus baculum quinque palmorum, ac expresse in elemosinarum petitione cuius sint Ordinis declararent, et quod Officium facerent, quo Romana fungitur Ecclesia, et dispensavit cum eis super diversarum professionum et observantiarum ligamine, quibus antea, in suis Congregationibus et Ordinibus aliis, erant adstricti (3).

Hac siquidem tempestate ipse Dominus Alexander pre sincera devotione, quam gerebat ad Sacrum Montem Alverne, noluit ecclesiam prefati montis esse minoris honoris quam illa de Portiuncula apud Assisium, ideo mandavit (**20**v:) septem episcopis, ut dictam ecclesiam, ut

(*a*) Cod. *omnimodo.* (*b*) Cod. *decem ditionibus humanis continet.*
(*c*) Posterius adulteratum in *valentes.*

(1) Ex CGenM 698 (663). CG 287, ubi annus 1256 vel 1257 indicatur; certe fuit Cap. 1257. *Salimb.* 137 (309).

(2) Sic et Salimbene 137s. (309s). Wadd. 217, 148², 146³. Sbaralea, 398, 424s.

(3) Bulla, qua Eremitae S. Augustini et hi quidem soli in unam religionem coadunantur, altera data fuit 9 April. 1256; Potthast, *Reg.* 16334, Wadd. II, 470 Marianum allegans: altera, eiusdem prorsus tenoris. 4 Mai 1256: Potthast, 16355 a. Cf. Heimbucher, *Die Orden und Congregationen* II, Paderborn 1907, 182. Cf. *Apol. Pauperum:* S. Bonav. Opp. VIII, 233.

moris est sancte Romane Ecclesie, consecrarent. Que quidem consecratio fuit solempnitate maxima celebrata, presente Sancto Bonaventura Generali et multitudine non parva Fratrum, die 20 augusti.

In civitate quoque Viterbii, sub isto Pontifice, die 4 septembris, quievit in Domino famula Christi sanctissima Rosa de tertio Ordine, cuius corpus Dominus Papa Alexander cum quatuor Cardinalibus personaliter et honorifice translatavit (*sic*) de ecclesia Sancte Marie de Pogio ad monasterium Sancte Clare, sicut tribus noctibus commonitus fuit in visione (1).

Duodecimum Capitulum Generale celebratum est Narbone, Anno Domini **1260** et Ordinis 53, per Sanctum Bonaventuram, in quo multa bona et utilia fuerunt instituta et ordinata.

Eodem anno completa magna Ecclesia in civitate Assisii in honore Sancte Clare, volentibus Fratribus corpus eiusdem Sancte ad ecclesiam transferre, Dominus Papa volens ipsam translationem solempnior[em] fieri, precepit tribus episcopis, videlicet Perusino, Spoletano et Assisinati, quod personaliter dicte translationi interessent (2). Sicque cum solempnitate maxima corpus illud ab ecclesia Sancti Georgii translatum est ad prefatam ecclesiam in vigilia Beati Francisci. Tunc etiam moniales, relicto prorsus monasterio Sancti Damiani Fratribus, ad monasterium magnum, constructum iuxta (*a*) prefatam ecclesiam, ad habitandum se transtulerunt.

Hac quoque tempestate Florentie in monasterio de Monteceli (4) clarebat virtute et sanctitate soror Clara de Ubaldinis, prima abbatissa post Sanctam Agnetem, Sancte Clare sororem, ob cuius amorem et reverentiam Reverendissimus Octavianus de Ubaldinis, nepos ipsius abbatisse et Cardinalis Sancte Romane Ecclesie, transtulit in nocte Sancti Iacobi omnes sorores de primo monasterio ad monasterium, quod ipse suis expensis a fundamentis construxerat iuxta portam Civitatis (5). In quo monasterio cum gloria miraculorum vixit ipsa beata Clara, cuius corpus ad[h]uc integrum (*b*) conservatur. Claruerunt etiam in (21r:) prefato monasterio soror Iohanna et soror Luca (6), neptis ipsius beate Clare, et soror Constantia de Donatis (7), alieque plurime, et in suis dicetur locis.

Anno Domini **1262**, Ordinis vero 54, sancte memorie frater Egidius, 3 socius Beati Francisci, in nocte solempnitatis Sancti Gregorii, in qua die habitum Religionis indutus fuerat, anima sua sanctissima carne exuta, ad supernam patriam evolavit (8).

(*a*) Cod. *iusta*. (*b*) Cod. *integer*.

(1) Apud BF II, 142 n. CCXI (1256 incerto die) nonnisi invenitur bulla ordinaria indulgentiae 100 dierum, de Portiuncula prorsus tacens; cf. Wadd. an. 1213, n. 51 et eandem indulgentiam concedens BF II, 238, Wadd. l. c. cf. an. 1257, n. 2 (suppl.). De praesentia Bonaventurae minime constat *Opp.* X, 52; cf. CG 325.

(2) Cf. *Acta SS.* Sept. II, 422-3.

(3) BF II, 407 (9 sept. 1260). *Acta SS.* Aug. II, 753s. Cf. Wadd. an. 1260, n. 40, sed an. 1253, n. 11.

(4) Cf. de hoc Davidsohn, *Forschungen* IV, 412-14.

(5) Translationem Wadd. an. 1262 n. 8 hoc tempore ponit, Marianum exscribens; revera locum habuit 1277. Davidsohn, l. c. IV, 413s.

(6) Cf. Wadd. l. c. Revera an. 1279 «Iohanna» quaedam ibi abbatissa erat.

(7) Cf. Wadd. an. 1320, n. 4 (VI, 345). Rodulphius, 138r.

(8) E *Conf.* 212. Cf. CG 114, DAF I, 61s. AFH I, 277ss. BHL I, 16-7.

Tertium decimum Capitulum Generale celebratum est Pisis, anno Domini **1263**, per Sanctum Bonaventuram, in quo plurima circha divinum officium fuerunt instituta (1).

Quartum decimum Capitulum Generale celebratum est Parisius, anno Domini **1266**, Ordinis vero 58, per Sanctum Bonaventuram (2).

Frater Raynerius de Fabriano, vir tante sanctitatis in seculo, quod beatus Franciscus magnam ac singularem amicitiam contraxit cum eo, et ei predixit quod esset ad[h]uc de suis filiis. Qui post mortem Beati Francisci, Plebem relinquens et cuncta que possidebat, factus Frater Minor, 30 annis sanctissime vixit in Ordine, ac miraculis clarus quievit in Domino anno **1268** (3).

In ipso Fabriano (4) hiis temporibus vita et doctrina splendid<i>erant hii Fratres, videlicet: frater Hugolinus et frater Iacobus, germani, genere nobiles; frater Bonacura, frater Tho<m>mas et frater Gratia, magni et in prelatione; frater Mauritius de Argegnano, frater Damianus et Frater Rayaldus; et preter [h]os, tres precipui, videlicet: frater Maximus, dictus Zanzalinus, qui preter perfectam vitam, in logica, theologia et iure canonico floruit; frater Franciscus (5), lector magnus, et frater Crescilbene, etiam magnus doctor in utroque iure.

Michael, Imperator Grecorum, persequi volens tractatum, qui iam dudum per Balduinum intercessorem suum, agente Fratre Iohanne, olim Imperatore, et Fratre Iohanne de Parma, inceptus erat de unitate Ecclesie occidentali[s] cum orientali, super hoc destinavit oratores ad Papam Clementem quartum. Qui vocans ad se fratrem Hyeronimum de Esculo iniu[n]xit ei, ut cum legatione se transferret in Greciam ad presentiam dicti Imperatoris, et de ipsa materia diligenter tractaret, et pro viribus conduceret ad effectum. (**21**v). Qui legationem suam adimplens tamdem cum gloria rediit ad Concilium Lugdunense<m> (6).

[Quintum decimum] (*a*) Capitulum Generale celebratum est Assisii per Sanctum Bonaventuram, anno Domini **1269**, in quo inter alia constituit, quod Fratres populo predicarent et ex[h]ortarentur, quod quando auditur campana post Completorium ter pulsata, Beata Virgo totidem salutetur, eo quod sit oppinio quod illa [h]ora fuit ab Angelo salutata (7).

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(*a*) Hic et pluries infra, auctor, notato arabice in margine numero, uti hucusque fecerat, ommittit in textu eum repetere omnibus litteris. Nos, tamen itidem, numerum omnibus litteris damus, inter uncos.

(1) CGenM 329. Bonav. *Opp.* X, 55. Wadd. an. 1263, n. 15. ChHLeg. I 27.

(2) CGenM 332. *Opp.* l. c. 58s. ChHLeg. I, 27s. Wadd. an. 1266, n. 4ss.

(3) Cf. hoc Period. 94 nŏt. 6.

(4) Omnes isti ap. Wadd. an. 1268, n. 3. (e Francisco Fabrian.): desunt, si Franciscum Fabr. excipias, ap *Catal. Conf.* etc.

(5) *Catal.* 18. *Conf.* 277, 514. Wadd. *Script.* 115; 78²; 80³. Sbaralea, *Suppl.* 528; I², 267-8. *Acta SS.* Apr. III, 984-90.

(6) Golubovich, BTS I, 283. Legatio erat 1272-74, missa a Gregorio X.

(7) CG 351 *Opp.* X, 60. ALKG VI, 40. Wadd. an. 1269, n. 4. ChHLeg. I 28.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno Domini **1270**, die 26 augusti, hora diei nona, sanctissimus Francorum Rex Lodovicus, in Affricha apud Cartaginem existens, in obsidione eius obdormivit in Domino (2).

Eodem anno, die tertia maii, Bela IV, Ungarorum Rex, germanus Sancte Helisabeth, de 3 Ordine, in insula Bundense migravit ad Christum, virtutibus et miraculis clarus, et in ecclesia Fratrum Minorum Strigonii sepultus (3).

In diversis Provinciis quam plurimi sanctitate clarebant, videlicet: Egidius de Capociis de Assisio, vir magne sanctitatis, qui in caritate floruit, ac miraculis corruscavit (4).

Guidus de Senis, socius fratris Leonis, cui ipse frater Leo, iam defun[c]tus, appar[u]it, et ipse postmodum mortem suam predixit, et cum Sancto Francisco et cum fratre Egidio supradicto sepultus fuit (5).

Andreas de Spello, predicator, miraculis gloriosus, qui etiam mortuos suscitavit (6).

Sensus, vir magne contemplationis et raptus, qui, cum eius digitus acu transfigeretur, nihil sensit, nec aliquo modo se movit. Lacrime in tantum ei abundabant, quod tunica, ante pectus, tota madefacta apparebat. In Monte Iovis iacet (7).

Egidius de Regno, vir utique magne abstinentie et perfectionis. Hic in Tuderto requiescit (8).

Simon de Torciano, predicator, in vita et post mortem multa miracula fecit (9).

Iohannes de Avelino, in Sancta Illuminata (10) miraculis corruscat.

Thomas in Egubio, ubi conditus est, plurima in signum sue sanctitatis miracula fecit. (**22**r:). Petrus de Podio (11), Simon de

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18.

(2) Obiit s. rex 25 Aug. 1270, capto castro Carthaginis, Tunetum obsidens. *Acta SS.* Aug. V.

(3) *Glassb.* 80, 82, 94. Wadd. an. 1275, n. 3, qui notat solum Marianum hunc tertio Ordini adscribentem.

(4) *Catal.* 7. CG 253. *Bartholi* c. 14. p. 30. *Conf.* 202, 504.

(5) *Catal.* 6 CG 253. *Conf.* 202, 362, 504.

(6) *Catal.* 11. CG 211, 254. *Conf.* 243, 504. *Acta SS.* Iun. I, 356ss.

(7) *Catal.* 8 CG 253. *Conf.* 235, 504.

(8) *Conf.* 240. Istum et seq. Italos invenies apud Wadd. an. 1270, n. 26ss.

(9) *Catal.* 9. CG 253 *Conf.* 240, 510.

(10) *Catal.* 9. CG 254. *Conf.* ll. cc. *Acta SS.* Iun. II, 488.

(11) *Catal.* 10. CG 254. *Conf.* ll. cc.

Camporegali (1), Theobaldus de Spoleto (2), Antonius de Nurcia (3), Pax de Reathe, Paulus de Aquarta, ubi requiescunt, miraculis fulgent.

Thobias, vir sanctus et spiritu prophetico plenarie radiatus et illuminatus, in Provincia Rome (4).

Andreas, socius fratris Egidii, vir contemplativus (5).

Grâtianus, etiam socius eiusdem fratris Egidii, et ab eo in sanctis moribus ab adolescentia nutritus et nimis ab eo dilectus, qui in vita et post mortem multis miraculis corruscavit (6).

Guido alius socius supradicti fratris Egidii, qui habuit a Deo mirabiles consolationes, spiritu prophetico radiatus, et miraculis splendidus, qui in oratione visus est a terra altissime elevatus (7).

Iohannes, etiam memorati sancti fratris Egidii comes, sanctitate fulsit (8).

Guglelmus de Radicofano laycus, super cuius caput visus est ignis magnus, dum oraret (9).

Iacobus Barlotanus de Volaterris. Hic dum esset in silva, apparuit sibi Dominus Iesus Christus, et eum certificavit de remissione suorum peccatorum, quam semper optaverat (10).

Accursius laycus de Florentia, infirmarius, cui oranti in cappella infirmarie, [in] Conventu Florentino, apparuit Beata Virgo Maria cum Sancto Antonio de Padua et fratre Placito (11).

Benedictus de Mugello, multa sanctitate et miraculis clarus (12).

Donatus de Ferraria, spiritu prophetico et miraculis clarus, in monasterio Castri Florentini requiescit (13).

Thomas de Ibernia, in Conventu Aquilano, morte interveniente, ad vitam migravit, qui preter miracula que fecit, tante humilitatis fuit, quod cum Prelati eum ad dignitatem sacerdotalem cogerent, sibi pollicem amputavit (14).

(22v.) Benedictus ydropicus, de dicta Provincia Sancti Bernardini, tamquam ad culmen sanctitatis pertingens, propter peccatum quoddam invidie tractus ad iudicium dampnabatur, sed precibus Sanctorum Francisci et Antonii liberatus, et ad vitam corporis restitutus, relicta ex tunc philosophia, mutatus in virum alterum, habuit scientiam infusam et sanctissime vixit (15).

---

(1) *Conf.* ll. cc. (2) *Conf.* 241, 510.

(3) De isto et duobus sequentibus, *Catal.* 254. *Conf.* 243, 551. De Pace cf. etiam *Acta SS.* Iun. II. p. 49.

(4) *Catal.* 13. CG 265. *Conf.* 251, hinc Marianus, 352, 516.

(5) DAF I, 54-7, 71 (de Burgundia). CG 99ss.

(6) DAF I, 54-60. *Conf.* 212, 214, 279.

(7) *Catal.* 13, hinc Marianus ac CG 265. *Conf.* 252, 519s.

(8) Ille est, quem nominat epistola praefixa *Leg. 3 Soc.*, ed. Civezza p. 2-3; ed. Faloci p. 18. DAF I, 28. Wadd. an. 1244, n. 9. CG 262.

(9) *Catal.* 15. CG 286. *Conf.* 254, unde Mar. 519.

(10) *Conf.* 260; hinc Mar. sed ibi non dicitur de Volaterris, 519.

(11) *Catal.* 14. CG 285, quem pressius sequitur Mar. *Conf.* 252, 518.

(12) *Catal.* 14. CG 286. *Conf.* 253.

(13) *Conf.* 254, 518. Wadd. an. 1270, n. 26. Sbaralea, *Suppl.* 224, 238². Picconi, *Uomini illustri* ecc. Parma 1894, t. I, p. 424s.

(14) *Conf.* 290, 530. Wadd. an. 1270, n. 14, 27.

(15) *Catal.* 20. CG 267s. *Conf.* 290. Alter alterum ad verbum sequitur, quibus imitator accessit Marianus.

In eadem Provincia⟨m⟩ etiam isti miraculis claruerunt, videlicet: Gregorius de Baldico, Melioratus et Mansuetus (1).

Etiam in Hyspania hiis temporibus multi Fratres signi[s] et sanctitate conspicui floruerunt, ex quibus hos paucos subnectam, videlicet:

Stephanus de Tauro, cognomento Corvus, nobilis genere, sed nobilior sanctitate, virtutibus et signis et apparitionibus clarus (2).

Petrus de Stella, laycus, de Regno Portugalie, vir omni sanctitate perfectus; cuius anima ab angelis fuit ducta et per purgatorium transducta⟨m⟩, velociter ut sagitta⟨m⟩ statim obviavit Beato Francisco et Beato Antonio et aliis gloriosis Fratribus infinitis ad celum (*a*) deducta est (3).

Antonius patria Sanctaranensis, vir scholasticus et de genere⟨r⟩ militari, mortua uxore, Ordinem ingressus, virtutibus, signis et prodigiis claruit (4).

Iohannes de Pinna, Provincie Marchie, vir quidem omni sanctitate et miraculis, patrator miraculorum, in Domino requievit anno **1271**, Ordinis vero 63 (5).

Christophorus de Romandiola, anno **1272** in vigilia Omnium Sanctorum, obiit in civitate Caturcii, Provincie Equitanie, expleto anno 50 ex quo Christo perfecte ad h eserat, anno quasi centesimo vite sue, quem Deus in vita et post mortem multis decoravit miraculis (6).

Dominus Vicedominus Placentinus, Episcopus Placentinus, cum se videret ad extrema deduci, habitum Beati Francisci cum maxima devotione, adhuc vivens, petiit et accepit; et obiens cum illo, Cardinalis, Episcopus et Frater Minor, in ecclesia eorundem Fratrum Minorum Viterbii requiescit (7).

Anno Domini **1271** Cardinales inter se convenire non valentes ad electionem Pontificis, Sancto Bonaventure (*b*) Generali omnes concorditer vota sua commiserunt (**23**r:), ut quem ipse eligeret, etiam si seipsum in summum Pontificem nominaret, canonice electus censeretur. Tunc ipse Th[e]obaldum, archidiaconum Leodinensem et episcopum Placentinum, in Papam elegit, qui tunc erat in Siria, dictus postea Gregorius X (8).

|Sextum decimum] Capitulum Generale celebratum est Pisis, anno Domini **1272**, per Sanctum Bonaventuram, in quo inter alia instituit, quod fieret anniversarium Domini Lodovici, bone memorie Regis Francorum, nondum canonizati, in crastinum Sancti Bartholomei, quia hoc sibi concessum fuit de gratia speciali a Domino Gregorio X, in sua coronatione. Similiter quod fieret Officium pro

(*a*) Cod. *purgatorium*. Corr. ex. CG 349. (*b*) Cod. *a... Bonaventura*.

(1) CG 268, ubi tres isti ita insimul nec pluribus verbis memorantur.
(2) CG 345ss. *Conf.* 321.
(3) CG 349. Wadd. an. 1270, n. 33. (4) CG 336. Wadd. an. 1270, n. 34.
(5) De Penna Sancti Ioannis. *Actus* c. 69, p. 197-201. CG 232s. *Conf.* 286-8. 429, 514. Cum nonnisi an. 1219 [vel 1217?] eo ivit, computatio annorum an. 1271 excedit, quia 1219 + 30 (Actus) + 30, sive 25 (CG) + 30 = 1279 resp. 1274 faciunt.
(6) Cf. AFH II, 94, n. 5, ubi alius annorum numerus (55) indicatur.
(7) Ex CGenM 701, (606). *Conf.* 344-5. Wadd. an. 1276, n. 2.
(8) E *Conf.* 345; factum hoc exaggeratum et falsum est. Wadd. an. 1271, n. 1ss. *Opera S. Bonav.* X, 61. De electione, Potthast *Reg.* p. 1651s.

patribus et matribus omnium Fratrum ultimo die feriali ante Adventum (1).

Gregorius Papa, iam coronatus, Sanctum Bonaventuram coegit ad suscipiendum onus Cardinalatus (2). Nam de consilio et assensu omnium Cardinalium, illum creavit Cardinalem et Episcopum Albanensem et Vicarium Ordinis, quem Cardinalis existens duos annos rexit, idest usque ad futurum Capitulum Generale.

Idem Gregorius, anno **1274**, in Lugduno (3) inchoavit Concilium pro recuperatione Terre Sancte et unitate Grecorum, in quo fuerunt quingenti Episcopi et quadringenti Abbates et alii Prelati, numero mille, et inter alios (4) tres notabiles ex Ordine Minorum, videlicet Episcopus Tripolitanus, et frater Oddo Rigaldi, Archiepiscopus Rotomagensis, et Sanctus Bonaventura; quibus Papa iussit (*a*) principaliter Concilii negotia pertractare. Ex quo quidam, motus invidia, composuit illos vulgares versus, videlicet:

« Rotomagensis anus et presul Tripolitanus
ac Bonaventura, tractant papalia iura,
Ordinis immemores, qui tales spernit honores ».

[Decimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Lugdunii anno Domini **1274**, Ordinis vero 66, per Sanctum Bonaventuram Cardinalem. In quo frater Ieronimus de Esculo ad Generale regimen Ordinis, nondum a sua legatione reversus, concorditer electus est (5).

Frater Hieronimus prefatus cum solempnibus nuntiis Michaelis Imperatoris Grecorum ad Concilium venit: in quo 40 Primates Grecorum unionem fecerunt cum Ecclesia Latina se subscribentes et confitentes, scilicet quod Spiritus Sanctus procedit non solum a Patre sed etiam a Filio, et quod sancta Romana Ecclesia est Mater et omnium Magistra (6).

[**23** v:] Ad istud (*b*) concilium etiam venerunt Heremite Sancti Augustini pro altera forma habitus religionis, nondum valentes de forma habitu, scilicet de cuculla precinc'ta cum largis et protensis manicis concordare, quam ab Alexandro IV receperant. Tunc Sanctus Bonaventura cum sociis, qui negotia concilii gerebat, tradidit eis habitum et caputium, quam (*sic*) habent Fratres Minores, remota latitudine et longitudine manicharum (7).

Sanctus Bonaventura, nondum finito Concilio, infirmatus est et ad extremum perductus diem clausit extremum, 13 die mensis Iulii

(*a*) Cod. *iuxit.*
(*b*) Cod. *istum;* et inferius: *pro alterius formâ habitus religione.*

(1) *Opp.* X, 62. Wadd. an. 1272, n. 10, qui e Mariano hausit, sed de anniversario parentum tacet. ChHLeg. I, 28. ALKG VI, 138. *Opp. S. Bonav.* VIII, 464, de anno, quo illud anniv. parentum ordinatum fuerit, non constat.

(2) Eubel, *Hier.* I, 8 (Iunio vel Sept. 1273), ex quo vicarius ordinem ad summum per *unum* annum rexit. CG 352s.

(3) Potthast n. 20818-20863. — Cf. *Firm.*[1] XXIXc. *Firm.*[2] f. 38c.

(4) Abhinc Mar. sequitur CG 353.

(5) Ex eodem fonte: CG 353. *Opp.* X, 65s. Wadd. an. 1274, n. 7ss. Ehrle, ALKG VI, 42-5.

(6) Indidem Mar. CG 356.

(7) Cf. *Constit. Conc. Lugd.* II, cap. XXIII, *Collectio Concil.* XXVIII, 575 Paris 1654; sed de S. Bonav. nihil.

1274, anno ætatis sue 53; cuius exequias solempniter celebravit Dominus Gregorius cum tota curia Romana, Missa[m] celebrante fratre Petro de Tarantasia, Ordinis Predicatorum, tunc Cardinale Ostiense; qui statim sepultus, magnis cepit coruscare miraculis (1).

[Decimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Padue, anno **1277** (2), Ordinis vero 69, per fratrem Bonagratiam, Vicarium Ordinis; ad quod Capitulum frater Hieronimus Generalis, qui ad Grecos per Dominum Papam legatus destinatus erat, misit efficaces litteras, resignans officium, cum multa efficacia deprecans, ne ipsum de cetero eligerent, propter insufficientiam suam et inpotentiam. Que tamen non fuerunt ei admissa, sed iterum ipsum elegerunt (*a*) et confirmaverunt (3).

Eodem tempore, dum Fratres erant in Capitulo, quinto milliario ab urbe Florentina ex hac vita migravit ad Christum Beatus Gerardus de 3 Ordine, cum gloria miraculorum (4).

Anno Domini **1278**, et Ordinis 70, Nicholaus III assumpsit ad dignitatem Cardinalatus et Episcopatus Albanensis fratrem Bentevengam de Tuderto (5).

Item, misit fratrem Hieronimum de Esculo Generalem, cum Generali Ministro Ordinis Predicatorum, in Franciam ad pacificandum Philippum regem Francie et Sancium Regem Castelle (6). Qui duos Generales Parisius existen[te]s, ad succidendas lites et divisiones scandalis plenas, que aliquando inter Fratres Minorum et Predicatorum ex invidia oriri videbantur, de utriusque Religionis (**24**r:) Fratrum discretorum consilio ordinata sunt certa pacta et statuta, quibus pax inter Minores et Predicatores et charitas de cetero nutriretur (7).

Hiis temporibus multi clarebant Fratres in Ordine, quorum doctrina totus illustrabatur orbis, de quibus hos (*b*) inferam:

Roggierius Bachon, Anglicus, magnus theologus, maior philosophus, maximus negromanticus, qui inter ceteros Doctores, Doctor mirabilis appellatur, de quo vulgo dicitur et scribitur, quod totum scibile sciverit et scripserit. Scripsit enim super 4 Sententiarum libros. Item, super omnes libros Aristotilis et super totam naturalem et moralem philosophiam. Item, super singulas artes liberales. Item, duo opera egrégia, per modum Epistolarum ad Clementem Papam (8).

Petrus Iohannis Olivi provincialis, vir, preter doctrinam, moribus et virtutibus decorus; nam fuit pius, mansuetus, humilis, cautus, prudens, amator paupertatis, omnique bono plenus, ac spiritu prophe-

(*a*) Cod. *eligerunt*. (*b*) Cod. *hoc*.

(1) Potius obiit in nocte diei 14 ad 15 Iulii, accuratius hora matutinali 15 Iulii. *Opp.* X, 67. (2) De facto, anno 1276, cf. AFH II, 3-16.
(3) Cf. CG 357. (4) Wadd. an. 1277, n. 10, e Mar.
(5) Die 12 martii 1278, Eubel, *Hier.* I, 9. (6) Cf. AFH II, 11 seqq.
(7) Ex CGenM 365; cf. Wadd. an. 1278, n. 26, illinc et e Mariano hanc rem hausit. Sed litterae datae erant iam Lugduni 1274, 1 nov. quas habes ap. Reichert, *Litterae encyclicae magistrorum Generalium O. Praed.* (*Monum. O. Fr. Praed. historica* V). Romae 1900, p. 100 n. 28. et ap. Mortier, *Histoire des Maîtres Généraux de l'ordre des Frères Prêcheurs*, II, Paris 1905, 105-7.
(8) CG 360. *Conf.* 339, 341, 547. *De illust.: Firm.* XLIIIa. Wadd. *Script.* 309-12, 210-2[2], 206-8[3]. Sbaralea, *Suppl.* 642-6. AFH I, 238. Vogl, *Die Physik Roger Bacos*, Erlangen 1906 etc. cf. Chevalier, *Rép.* I[2], 405s.

tico irradiatus. Qui totam Bibliam, tam vetus quam etiam novum Testamentum postillavit, nihil dimictens intactum. Opus utique prolixum et laboriosissimum. Scripsit super 4 Sententiarum libros, et opuscula et questiones quamplurima multum profunde (1).

Iohannes de Pechano, Anglicus, Doctor eminentissimus, olim Lector Sancti Palatii, ac deinde Archiepiscopus Cantu[a]riensis in spiritualibus et temporalibus, totus gloriosus, scripsit super 4 Sententiarum libros eleganter, necnon librum de Perfectione Evangelica contra Religiosis mendicantibus detrahentes. Item, super Cantica Canticorum. Item, multa parva opuscula, sub uno tamen volumine. Item, Officium edidit Sanctissime et Individue Trinitatis, quod in plerisque ecclesiis solempniter cantatur. Item, de mandato huius Generalis fratris Hieronymi scripsit vitam Sancti Antonii de Padua, miro stilo; quamvis, quia alia scripta in breviariis esset, hec multum non fuerit divulgata. Hic etiam tam in vita, quam in morte, miraculis claruit (2).

Galterius de Brugis, vir sanctus et theologus eruditissimus atque celeberrimus, nec non et utriusque iuris peritus et Episcopus Pictavensis, scripsit pulcerrime super 4 (**24v**:) Sententiarum libros, et quamdam Summam, et Quolibeta plurima, ac etiam nobiles Postillas super Sacram Scripturam. Et ad petitionem Alexandri Pape IV, Sermones tam de tempore, quam de Sanctis, per annum integrum, quos Dominus Papa approbavit (3).

Riccardus de Mediavilla inter ceteros Doctor solidus, vel aliter copiosus appellatur; cum esset utriusque iuris Doctor et theologus eminentissimus ac magister magnus, in omnique scientia prestantissimus, fuit etiam tam magni ingenii, ut nulla litteratura in divinis codicibus eum latuerit, ex quibus ad Episcopatum Remensem sublimatur. Scripsit duo scripta egregia et diversa super 4 libros Sententiarum. Dicitur autem omnes alios Doctores excellere in quarto. Scripsit etiam super 4 Evangelistas. Item, super omnes Epistolas Pauli. Item, librum contra hereses nestorianas (*a*), et plures alias, qui 19 libellos continet. Scripsit autem notabiliter supra distin[c]tiones Decreti. Item plurima Quolibeta, multum profunda atque prolixa. Et librum de Ordine iudiciorum. Et in sua senectute tractatum eleganter de Conceptione Beate Marie Virginis, et alia plurima scripta reliquit (4).

Iohannes Vallensis (5), Anglicus, vir utique religiosus et celeber, qui tante scientie fuit, ut suo tempore in Paris[i]orum Accademia Arbor

(*a*) Cod. *nestorianos.... alios.... continent.*

(1) CG 374-6, 421-2, 458. *Conf.* 339-40, 540-1. *De illust.: Firm.* XLIIIc-d. Wadd. *SS.* 284, 193[2], 190[3]. Sbaralea, 595-6. Ehrle, ap. ALKG II, 363-74; III, 409-552. Chevalier, *Rép.* II[2] 3413.

(2) *Catal.* 44. CG 360, 372, 539. *Conf.* 331, 379, 521-2, 545. *De illustr.* XLIIIIa-b. Wadd. 217s, 148[2]s, 147[3]s. Sbaralea, 447-50. Chevalier *Rép.* II[2] 3560. L. de Kerval, *S. Ant. Vit.* 194ss.

(3) *Catal.* 29, CG 371, 455s. *Conf.* 307, 341, 542, 338, unde vel, (uti saepius) e *De illustr.* XLIIIIa. Marianus confusionem istam cum Gilberto Tornac. (cf. AFH II, 315 n. 7) sumpsit. Wadd. 148, 101[2], 101-2[3], Sbaralea, 314. I[2], 332.

(4) CG 375. *Conf.* 339. *De illustr.* XLIIIr-v. Wadd. 305[1], 207[2], 208[3]. Sbaralea, 633ss. Chevalier, *Rép.* II[2], 3958. Richardus certe infula Remensi nunquam insignitus fuit.

(5) *Catal.* 31 not. *Conf.* 308, 337, 340s, 543s. *De illust.* XLIIIc. Wadd. 209-11, 143[2], 143[3]. Sbaralea, 427-31, Chevalier, *Rép.* II[2], 2415.

vite peculiari nomine appellabatur. Libros quidem plurimos et tractatus omni humane professioni, non dicam tantum utillimos, sed etiam maxime necessarios confecit. Et quidem uti devotus erat et humilis servus Domini, ut eloquentie fa⟨u⟩stum devitabat omnino. Unde idem libros humili quidem planoque stilo, omni reiecto falere, pompaque rethorum penitus fugata, digessit. Scripsit igitur super 4 Sententiarum libros. Apochalipsim postillavit. Sermones de tempore et de Sanctis per anni circulum. Summam utilem et pulcerrimam, quam Arbor vite titulare curavit. Opus de regimine Principum. Opus de vitiis et virtutibus; aliud pulcerrimum de vita religiosa. Librum quoque de vera sapientia et philosophia. Item, de vita et moribus illustrium philosophorum. Item, de oculo morali. Item, de vera poenitentia. Item, de 4 virtutibus cardinalibus. Item, de decem preceptis. Et alium quem Manipulum (*a*) morum appellavit. (**25r**:) Sed heu morte preventus imperfectum reliquit, quem perfecit Magister T[h]omas de Hibernia, Ordinis Minorum (1).

Guglelmus Varro, Anglicus, theologus eminentissimus, Iohannis Scoti olim preceptor, qui inter ceteros Doctor fundatus appellatur. Scripsit super 4 Sententiarum libros, et quasi super omnes libros Aristotilis, et alios plures Tractatus (2).

Iulianus Theuthonicus, Parisius scientia, cantu et sanctitate conspicuus, qui in cappella Regis magister cantus erat. Hic [fecit] (*b*) historias beatorum Francisci et Antonii quoad cantus et antiphonas et responsoria, quibusdam antiphonis, hymnis et responsoriis et oratione exceptis, a diversis cardinalibus et a summo Pontifice exaratis (3).

Hugo de Digna, Provincialis, sapientie spiritu plenus, et intellectus, vita mirabili⟨s⟩ sublimis, et doctrine efficacia suam signis astruit sanctitatem, etiam spiritu prophetie clarus. Hic multa scripsit, et inter alia librum De triplici via in sapientiam perveniendi. Item, De finibus Paupertatis. Item, libellum, sive disputationem inter zelatorem paupertatis et inimicum domesticum. Item, Regulam Fratrum Minorum multum et devote declaravit. Et alia quamplurima (4).

Bernardus de Bessa de Equitania, olim socius Sancti Bonaventure, qui ⟨et⟩ et opus incompletum dicti Sancti explevit, et plurima non minus utilia, quam devota scripsit, videlicet, libellum De Proposito (*c*) Regule ad emulos confutandos, (*d*) novitios, qui Speculum discipline intitulatur. Item, libellum De triplici statu Religionis Beati Francisci. Item, Vitam fratris Christophori⟨s⟩ de Romandiola (5).

Guglelmus de Falgario Tholosanus, hoc ipso tempore claruit, magister famosissimus in Theologicha facultate, scripsit super

---

(*a*) Cod. *Manipulus*. (*b*) Ex fontibus suppletum. (*c*) Cod. *propositio*.
(*d*) Phrasis manca: cui supplendum forsan: [*et alium ad*] *novitios* ecc.

---

(1) Id est Palmeranus: cf. Sbaralea, 679.

(2) *Conf.* 337, 545, ubi falso Iohannes nuncupatur. *De illust.* XLIId. Wadd. 156s, 107 [2]s, 108 [3]s. Sbaralea, 328ss, I [2], 350s. Little, *Grey Friars* 213.

(3) *Iordan.* 253. Bessa 666. *Catal.* 31. CG. 381. *Conf.* 308, 544. Wadd. 232, 158 [2], 156 [3]. Sbaralea, 477. Weis, *Julian von Speier* etc. München 1905. H. Felder, *S. Francisci Ass. et S. Antonii Pat. officia rhythmica* etc. Freiburg 1901.

(4) *Salimb.* 24s, 40, 42, 48, 319, (225-36, 238-54, 294s, 311ss); Bessa, 669. CG 404-6. *Conf.* 317, 341, 379, 538s. Wadd. 178, 121 [2]; Sbaralea, 360, I [2], 381 s.

(5) CG 666ss. ZKTh VII, 323ss. Wadd. 59, 41 [2], 44 [3]. Sbaralea 135; I [2], 141s.

4 libros Sententiarum. Item, opus Sancti Bonaventure super Sententias breviavit. Qui postmodum in Lectura Sacri Palatii fratri Matheo de Aquasparta successit, Episcopus deinde Vivariensis ordinatus (1).

Ivo Fabrii Minister Thuronie, doctor egregius, legendo et scribendo Ordinem decoravit (2).

Matheus de Aquasparta, magni ingenii vir, scripsit super 4 libros Sententiarum, et Tabulam per alphabetum perutilem super libros Sententiarum fecit. Multa in Sacris Literis commentavit, et precipue super Epistolas ad Romanos, et opus (**25** v:) pulcerrimum ad predicandum edidit. Apparent eius sermones luculenti multum, eloquentia et doctrina pleni. Hic tandem Cardinalis et Episcopus factus est (3).

Bonagratia de Bononia, in Sacra Theologia Doctor, nimiaque religiositate exornatus, Generalis Ordinis factus est (4).

Atholotus de Prato, Tuscus, doctor magnus, suaque doctrina ipse hec tempora clarissima reddidit. Nam dialecticòs sui temporis superavit, etiam paucis in Philosophia cedens, magnus theologus habitus est. Qui preter reliqua que utiliter scripsit, Concordantias novi et veteris Testamenti utilissime composuit (5).

Guido Bonatus de Florentia, hac tempestate in astrologia floruit. In sideralibus disciplinis universo occidenti notissimus et celeberrimus fuit. Scripsit ad astrolagos utilissimum librum in omni scientia et doctrina universalem. Et alia opera, que extant (*a*) (6).

Guglelmus de Marcha, alius de Marra, in sacris litteris eruditissimus, super Sententias perpulcre scripsit, et Sancti Bonaventure operi multa superaddidit, et multa quolibeta fecit, et Correctorium Sancti Thome composuit. Quibus in rebus virum magne sufficientie et doctissimum se ostendit (7).

Iacobus de Esculo, in Theologia magister singularis, etiam super Sententias et sacra[m] Scriptura'm| scripsit (8).

Hieronymus de Esculo, qui nunc officio Generalatus fungebatur, super 4 Sententiarum Libros scripsit, et in veteri ac novo Testamento Tractatus conposuit. Qui cum adhuc (*b*) esset Parisius in Legatione, factus est per Dominum Papam tituli Sancte Potentiane Presbiter

(*a*) Cod. *estant.* (*b*) Cod. *aduch.*

(1) CGenM 702s (668). CG 382s et 407, unde Mar. Wadd. 152; 103[2]; 104[3]. Sbaralea, 320s.; I[2], 338. Eubel, *Hier.* I, 556.

(2) Wadd. an. 1278 n. 31 e Mar.

(3) CG 372, 406. CGenM 699, 703 (668s). *Conf.* 338, 45, 510. *De illust.* XLIVa. Wadd. *Script.* 252: 172[2]; 169[2]s. Idem, an. 1287, n. 1ss. Sbaralea, *Suppl.* 525.

(4) *Salimb.* 142, 148, 208s. 227 etc. (298, 314, 321 etc. 519 s). CGenM 701s, (666s). CG 367ss. *Conf.* 521. Wadd. an. 1279, n. 6ss. Sbaralea, 141; I[2], 147s. Picconi, *Uomini illustri* I, 282-8. *Serie* 47-50.

(5) CGenM 702s. (668). CG 382. Wadd. an. 1283, n. 4. Idem, *Script.* 40, 28[2], 31[3]. Sbaralea, 97; I[2], 101s.

(6) Vix Frater Minor; eratque de Foro Livii, ille quem Fratrum Minorum inimicum dicit Salimbene p. 413 (163 cf. 368). — Cf. Wadd. 149; 102[2]; 102[3]. Sbaralea 315; I[2], 333s. Wadd. an. 1278, n. 32.

(7) *Conf.* 337. Wadd. an. 1290, n. 18. Wadd. *Script.* 154; 105[2]; 105[3]. Sbaralea, 322 s; I[2], 340 ss.

(8) *Conf.* 339, 511. Sbaralea, 365. Wadd. an. 1278, n. 32; cf. an. 1310, n. 4.

Cardinalis, et eodem anno Episcopus Prenestrinus, et tandem Papa Niccolaus IV (1).

[Decimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Assisii, anno Domini **1279**, Ordinis vero 71, per Reverendissimum fratrem Hieronymum Cardinalem, in quo Capitulo fuit electus in decimum Generalem Ordinis frater Bonagratia de Bononia supradictus, homo quidem zelo Dei plenus (2).

Anno Domini **1280**, in castro Suriano, 22 augusti (3), Nicolaus papa III, declarata prius Regula Fratrum Minorum (4), cum maxima tristitia Ordinis mortuus est, (26r:) cuius cor inventum est in panniculo carnis, ad instar habitus Fratrum Minorum involutum. In quo et in aliis, que fecit Ordini, patuit prophetiam Beati Francisci adimpletam esse, qui predixit patri suo, hunc cum adhuc esset puer, non Fratrem habitu exteriori, videlicet, sed amore futurum (5).

Anno Domini **1282**, die 16 martii in Clusentino, apud oppidum Puppii, Beatus Torellus heremita de 3° Ordine Beati Francisci, nudis genibus provolutus in terram, manibus pariterque oculis ad celum elevatis, se Deo commendans, anima eius carne soluta, ad celum cum gloria evolavit (6).

In Proventia sanctitate claruit Rostagnus scultifer de 3° Ordine, in Conventu Aquis Custodie Marsilie sepultus. Qui quante perfectionis in vita fuerit, eius crebra miracula protestantur (7).

His quoque temporibus in ipso 3° Ordine claruit perfectione vite et sanctitate soror Dulcelina, germana sancti fratris Ugonis de Digna, honorifice in conventu Marsiliensi sepulta (8).

Clarebat etiam in Anchona, Provincie Marchie, Domina Benvenuta de 3 Ordine. Que, licet virum haberet, erat tamen revelationibus illustrata et spiritualibus consolationibus cumulata et consueta ad divinas consolationes et raptus, ut aliquando diceret Christo: « O Domine, quomodo venis ad me, que sum in tactu viri? vade ad sanctas virgines, que tibi semper in monasterio serviunt, quia ego tam magnis consolationibus non sum digna » (9).

Vigesimum Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1282**, Ordinis vero 74, in Argentina, Provincie Alamanie, per fratrem Bonamgratiam (10).

Anno Domini **1284** frater Bonagratia Generalis devotissime diem clausit extremum, pro cuius exequiis campana maior Conventus Avinionis, nullo mortalium trahente, pulsatur (11).

Hic devotus Generalis multos Fratres misit ad infidelium partes aquilonares, multumque dilatavit, et cum magna diligentia, Vicariam Aquilonis, non tamen absque passionis pane et aqua tribulationis. Anno etenim iam dicto Fratres afflicti et angustiati a quodam Niccolao, qui

(1) CG 366; AFH II, 12ss, 16s. Wadd. 173; 118²s; 118³. Sbaralea, 342s; I², 371s.
(2) Phil. de Perusio, AF III, 710. MG SS XXXII, 682. CGenM 701s. (667). CG 567.
(3) Recte; cf. Potthast, *Reg.* p. 1754.
(4) Bulla *Exiit* BF III, 404; Sext. Decret. l. V. tit. 12.
(5) CGenM 702 (667), CG 329.
(6) Wadd. an. 1282, n. 39, e Mariano.
(7) CG 406. Wadd. l. c. n. 10.
(8) CG 405s. Wadd. l. c. n. 11. cf. AFH I, 491s.
(9) Wadd. l. c. n. 12 omnes e Mariano sumpsit.
(10) CG 374. Wadd. an. 1282, n. 1ss. ALKG III, 146ss, VI 50ss.
(11) Ex CG 376.

a fide apostatavit et imperatore (26v:) Tartarorum facto et Persarum (1); aliqui ipsorum celestia penetrarunt regna cum gloriosa palma martirii, videlicet:

Frater Antonius in Salamastro Persidis martirizatus, miraculis multis post mortem corruscavit (2).

Frater Aldobrandinus de Infangatis de Florentia, in prefata Vicaria gloriose passus est martirium (3).

Frater Corradus et frater Voisillus, pro fide[i] Christi confessione sacrum martirium susceperunt (4).

Item, duo alii Fratres, quorum unus senex, alter iuvenis, pro fide Christi in capitibus fuerunt decoriati (5).

Curradus de Saxonia et Frater Stephanus de Hungaria, viri perfectissimi, in Iveria, iuxta (*a*) Montes Caspios, ab hereticis fuerunt occisi (6).

Anno 1285, die 28 martii, Dominus Papa Martinus IV in civitate Perusii animam suo reddidit Creatori (7). Qui in articulo mortis constitutus, ex maxima devotione, quam erga Beatum Franciscum habebat, habitu sue Religionis indui voluit et cum ipso sepelliri (8). Verum cum se humandum in ecclesia Beati Francisci de Assisio dimisisset, nihil factum est; in ecclesia Santi Laurenti[i] prefate urbis, ut Frater Minor sepultus (*b*) est, miraculis clarens, nam diversis afflicti passionibus, et specialiter visu, audito et loquela destituti, prostrati iuxta feretrum, sanati fuere (9).

Hac quoque tempestate clarebat in Tuscia frater Matheus de Chastilione Aretino, vir omni virtute perfectus, cui facte sunt revelationes plurime. Beatus autem Franciscus apparens ei in monte Alverne revelavit, quo tempore et die et quomodo sibi impressa fuerunt sacra stigmata (10).

Frater Mutius, Ordinis Predicatorum, vir quidem humilis et pauper ac hereticorum fervens obiurgator, de conventu Tholosano missus Albiam ad predicandum, cum audisset [quod] Fratres Minores, ad quos declinaverat, diu laborassent ad querendam aquam, nec invenirent, com, patiens laboribus Fratrum, Deum invocans, ostendit eis locum, dicens: « Hic in nomine Domini Iesu (27r:) fodite et invenietis ». Quo facto, habundanter aquam invenerunt. Qui ibidem, diem claudens extremum (*c*) in ecclesia nostra de Albia fuit honorifice tumulatus. Ad cuius sepulcrum plus quam 50 infirmi convaluerunt (11).

(*a*) Cod. *iusta*. (*b*) Cod. *sepellitus*. (*c*) Cod. *estremum*.

---

(1) Hanc et sequentes istius regionis e Mariano Wadd. an. 1284, n. 2. (CG 372, ubi initium solum).

(2) *Ecclest.* 258. *Conf.* 332. Wadd. l. c. Golubovich, BTS I, 429. (3) Ll. cc.

(4) Cf. supra p. 308. n. 15. Repetit cum loci errore, secum trahens Waddingum, an. 1284, n. 2, qui tamen postea se correxit in Syllabo Martyrum ap. *Script.* 235[2], 231[3]. (5) *Catal.* 26. *Conf.* 301. Wadd. ll. cc.

(6) CG 427. Wadd. ll. cc. BTS I, 424 s.

(7) Sic; cf. Potthast p. 1794. Cf. CG 372, 381.

(8) Cf. bullam Honorii IV, 1 febr. 1286. BF III, 557 s. Potthast n. 22361.

(9) Potthast p. 1794. *Conf.* 343, 455.

(10) CG 374; ubi 641-5, instrum. de revelatione. Wadd. an. 1278, n. 1, e Mar.

(11) Wadd. an. 1271, n. 2 Suppl. Melissani (IV[2], 341).

[Vicesimum primum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1285**, Ordinis vero 77, Mediolani, per fratrem Guglelmum de Falgario Tholosanum, Equitanie Provincie Ministrum et Ordinis Vicarium. In quo electus fuit in Generalem frater Atholotus de Prato, Provincie Tuscie (1), qui in Ordine habebat patrem nobilem et olim militem venerabilem, et tres germanos.

Rome, in Monte Prenestrino, anno **1286** vel circa, die 20 decembris, migravit ad Christum illustrissima virgo Dei, Margarita de Columnensibus, Ordinis Sancte Clare, cum gloria miraculorum, in Urbe sepulta, in monasterio Sancti Silvestri (2).

Domina Constantia neptis Federici Imperatoris, defuncto Petro viro suo Aragonum Rege, facta est Soror Sancte Clare (3).

Anno iam dicto, frater Atholotus Generalis, cum XI mensibus Ordinem rexisset, Parisius a suis Patribus (*a*) appositus est (4).

[Vicesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1287**, Ordinis autem 79, in monte Pesulano, per fratrem Guglelmum de Falgario, Vicarium Ordinis, in quo fuit electus frater Matheus de Aquasparta, Provincie Sancti Francisci, tunc Lector Sacri Palatii, in qua lectura ei successit antedictus frater Guglelmus, qui, postea factus Vivariensis Episcopus, habuit successorem in dicta Lectura fratrem Iohannem (*b*) de Murro, Provincie Marchie (5).

Hoc quoque anno in Provincia Saxonie frater Hermanus de Gerstadem, a Domino vocatus, celum petiit, et in Conventu Mulusem (6) miraculis gloriosus requiescit. Plurimi sancti Fratres in diversis Conventibus sanctitate fulgebant, videlicet:

Iohannes, Minister Provincie Ungarie, frater minor Regis Francie Philippi Parvi, qui inter alia miracula tres mortuos suscitavit, quorum duo⟨s⟩ Fratres Minores erant, tertius pellifex quidam; qui in Franchavilla sepultus est.

(27v:) Iohannes alter, etiam Minister eiusdem Provincie Bude, humatus, pluribus infirmis sanitatem condonavit (7).

Petrus de Toria, item Minister Hungarie, Bude quiescit. Hic quamplures e diversis infirmitatibus liberavit (8).

Gallus, lector, Strigonii (*c*) requiescit, qui tante extitit sanctitatis, quod plures terra sue sepulture infirmos sanat (9).

(*a*) Sic et saepe Codex. (*b*) Cod. *frater Iohannes.*
(*c*) Cod. *Strigonio... pluris terre sue sepulture* ecc.

---

(1) CGenM 702, (668). CG 382. ALKG VI, 53-6.
(2) Wadd. an. 1284, n. 4-11. cf. an. 1353; n. 8.
(3) *Conf.* 310, 359s. Finke, *Acta Arag.* I, p. CLXXVI not. AFH II, 144. Filia Manfredi, filii Frederici II imp., coniux Petri III; obiit 1300. Cf. quoque Bull. Nicolai IV, 25 Aug. 1291; BF IV, 285.
(4) CGenM 703 (668). CG 382.
(5) *Salimb.* 391 (642s). CG 406ss. CGenM ll. cc. Wadd. an. 1287, n. 4. ALKG VI, 58-60.
(6) *Catal.* 38. CG 238; *Conf.* 328, 552. Rodulphius, f. 107. Wadd. an. 1287, n. 6. cf. M. Bihl ap. *Mühlhäuser Geschichtsblätter* VIII, Mühlhausen 1907, 27s.
(7) Pro utroque *Catal.* 33 (nota). *Prov.* n. 91. CG 530 (nota). *Conf.* 324, 555. *Speculum Vitae,* Metis 1509, fol. 204v. quocum concordat Mar. ibi l. 237v.
(8) *Spec. Vitae,* 237v. 205r.
(9) *Catal.* 33. *Prov.* 89, quibus. Mar. concordat maxime. CG 530. *Conf.* 325, 555.

Egidius, coquinarius in conventu Strigon[i]ensi, sanctitate emicuit, et in vita similiter et post mortem plurima signa sanctitatis ostendit (1).

Iohannes Custo[s] et Herincus Theuthonicus in prefata Provincia Hungarie, viri sanctissimi, in Charavilla requiescunt (2).

Hac etiam tempestate vivebat vir perfectissimus altissime contemplationis et raptus, frater Rogierius de Proventia (3).

Beltrandus Berengarii Lector Montis Pesulani, vir utique gloriosus et sanctus, ibidem sepultus (4).

Electus, laycus, in conventu Narbone multa signa fecit (5).

Michael de Burgundia, in Bianenzi conventu sepultus, inter alia, aquam in vinum mutavit (6).

Guglelmus (7), spiritu prophetie irradiatus, et Drodus (8), cui servivit in Missa Angelus Domini, et pro Missa omnia necessaria preparavit in quadam ecclesia derelicta, et alter preparavit ei equum ad anbulandum, in prefato Conventu requiescunt.

Guglelmus alter, requiescit in conventu Anomaci (9). Ad cuius preces navis distans ad portum statim rediit, sicut ipse desideraverat.

Electus, homo sanctissimus, honorifice in conventu Diensi iacet (10).

Rodulphus, cui Angeli servierunt in Missa, in conventu Rodonis Provincie Turonie requiescit (11).

Symon, Minister Provincie Turonie, in conventu Pictaviensi (*a*) iacet, ad cuius os visus fuit Spiritus Sanctus in spetie colunbe (12).

Electus vir sanctissimus, Cennomannis sepultus est (13).

Antonius de Burgis, regno Castelle, refectorarius, amphoram fractam (28r:) plenam vino, reintegravit. Puellam morientem, signo crucis super eam facto, ad perfectam sanitatem reduxit. Multa alia in vita et post mortem fecit in conventu Toletano, ubi requiescit (14).

Anno Domini **1288**, Ordinis vero 80, in die Cathedre Sancti Petri, frater Hieronymus de Esculo eligitur in Papam, qui Niccolaus IV elegit nominari; qui ex omni fere Religione Cardinales creavit: de Ordine vero Minorum, hoc ipso anno fratrem Matheum de Aquasparta assunpsit in Presbiterum Cardinalem Sancti Laurentii in Damaso (15).

Frater Iohannes de Parma, quondam septimus Generalis Minister, senio confectus, videlicet 80 annis et amplius, licentiam obtinuit

(*a*) Cod. *Piccavensi.*

(1) *Spec. Vitae*, 205r. (2) *Catal.* 33. CG 530. *Conf.* 325, 555.
(3) *Catal.* 32. CG. 383-404. *Conf.* 317-320, 540s. BHL II, 1057s.
(4) CG 390s. (406[2]). *Conf.* 320, (317, 53[2]). (5) *Catal.* 32. CG 406. *Conf.* 317.
(6) *Catal.* 27: hinc Mar. *Conf.* 306, 541. (7) *Catal.* 28. *Conf.* ll. cc.
(8) *Salimb.* 149, 319, (322, 522s). *Catal.* 27; hinc Mar. CG 244s, 277. *Conf.* ll. cc. (9) *Catal.* 28. CG 245. *Conf.* ll. cc.
(10) *Catal.* 28. CG 245. *Conf.* 307, 542. (11) *Catal.* 29. CG 455. *Conf.* ll. cc.
(12) *Catal.* 29, unde *Conf.* 307 (542) et Mar. et CG 455.
(13) *Catal.* 29. CG 455. *Conf.* 307, 543. (14) *Catal.* 43. *Conf.* 324, 535.
(15) Electus est in Papam 15 Febr. 1288; obiit 4 April. 1292. Potthast, p. 1826, 1904. Matthaeo cardinalatum contulit mense maio 1288. Eubel *Hier.* I, 11. Solos sex cardinales creavit, quorum dictus de Ord. Min. et Henric. Saguin de Billo (Billay) O. Praed. erant, alii clerici saeculares.

a Domino Papa, ut iret ad Grecorum partes, ut eos reduceret ad obedientiam Romane Ecclesie, sicut dudum fecerat. Cum autem pervenisset Camerinum, Provincie Marchie, infirmans, post paucos dies, videlicet, 20 Martii anno Domini 1283, ad celestem patriam evocatur, statimque cepit miraculorum signis corruscare: nam mortuos quamplures reduxit ad vitam, a mortis periculo et mulieres a partu multas(*a*) erupuit. Cecis, mutis, surdis, fractis, aridisque et omnium infirmitatum necessitatibus subvenit (1).

Nunnulli alii Fratres erant sanctitate insignes, videlicet:

Iacobus de Ausmo, vir contemplativus et totus in Deum absorptus, qui, sepe visitatus a C[h]risto crebris apparitionibus et revelationibus, futura previdebat (2).

Corradus de Marchia in loco de Esculo iacet, ob cuius miracula magna, tota civitas de eo magnum festum agebat, quod dimissum est ob Fratrum negligentiam (3).

Masseus, olim Plebanus, tandem Frater Minor, miracula multa fecit in loco de Muro, ubi requiescit (4).

Symon, sanctitate conspicuus, in Anchona sepultus est (5).

Amatus, etiam de Anchona, ibidem humatus cum gloria miraculorum (6).

Iohannes de Monte Sancte Marie. Hic a iuventute sua ita fervens extiterat, in tantum profecerat, quod frequenter sibi apparebat Beata Virgo Maria, Beatus Iohannes Evangelista, Beatus Franciscus, Frater Angelus et Frater Leo, quo[n]dam socii Beati Francisci (7).

(28v:) Benvenutus, laycus, vir santissimus et signis gloriosus, locum de Rechaneto clarum reddidit (8).

Compagnus etiam Marchisanus, sanctitate mirabili floruit (9).

Petrus de Monticulo, vir fama sanctitatis preclarus et excellens predicator. Hic, inter alia, visus fuit elevatus in aere, toto corpore super terram, ad pedes Crucifixi, per quinque vel sex cubitos a pavimento (10).

Mauritius (*b*) de Argegnano, olim canonicus, factus Frater Minor sanctitate micuit, cuius vita nil aliud fuit nisi lacrime, in Fabriano requiescit (11).

Sanctes, laycus, qui miraculis claruit et infinitis post mortem corruschare non cessat, in loco de Scotonecto (12).

Angelus de Cingulo, sanctitate et zelo paupertatis his temporibus clarebat, qui divinitus in nocte Nativitatis linguam et grama-

(*a*) Cod. *multos*. (*b*) Cod. *Mauritio*.

(1) CGenM 699 (664). Ubertinus de Casali, *Arbor Vitae*, Venetiis 1485, fol. CIV. CG 407s. Wadd. an. 1289, n. 26. (2) Wadd. an. 1289, n. 25.
(3) *Catal.* 18. *Conf.* 277, 511. Wadd. l. c. n. 27-31. *Acta SS.* April. II, 741-2.
(4) *Actus* 160-1. *Conf.* 276, 280, 513. Wadd. an. 1232, n. 21; 1289, n. 31.
(5) CG 410. Wadd. an. 1289, n. 31.
(6) *Catal.* 19 n. CG 410. Wadd. l. c.
(7) Wadd. l. c. n. 32, e Mariano.
(8) *Catal.* 18. CG 189, 409. *Conf.* 278, 513. Wadd. l. c. n. 33.
(9) CG 409. Wadd. l. c.
(10) *Catal.* 18, 19 n. *Actus* 161-3, 212-4. CG 410-1, 422-3. *Conf.* 233, 276s., 513.
(11) Wadd. l. c. (12) *Conf.* 282, 514. Wadd. l. c. n. 34.

ticam grecam accepit, ex quo de greco in latinum, dialogum Beati Macharii et librum Sancti Iohannis Climaci traduxit (1).

Petrus Petinarius de 3° Ordine, vir utique sanctissimus, in conventu Senarum migravit ad Christum, anno Domini 1289, die 4 decembris (2).

Niccollauccius de Senis, etiam de 3° Ordine, vir sanctus apud prefatum Petrum iacet (3).

Mea item de Senis, mulier sanctissima de 3° Ordine, in ecclesia Servorum sepulta (4).

[Vicesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est anno 1289 et Ordinis 81, per fratrem Matheum Cardinalem, coram Papa Niccolao IV, in Conventu Reatino. In quo ipse Papa, cum fratre Bentivenga et fratre Matheo Cardinalibus, personaliter venit in Capitulo et vota eligentium audivit. Et tunc fuit electus in 12 Generalem frater (*a*) Raymundus Gualfredi de Proventia. Electione igitur facta, introduxit in Capitulum Dominus Papa omnes Cardinales et electionem confirmavit; deinde in ecclesia in Regem Hierusalem et Sicilie suis manibus coronavit Carolum, patrem Sancti Lodovici episcopi, et cum sua consorte Domina Maria (5).

Rome, anno 1290 appositus est ad suos Patres frater Bentivenga de Tuderto, Cardinalis Albanensis, in Conventu Sancte Marie de Araceli sepultus (6).

Frater Philippinus de Regno Castelle oriundus, socius Sancti Antonii de Padua, anno etatis sue 87, terminum vite sue explevit in loco Columbarii, (29r:) Provincie Tuscie, in iam dicto anno; cuius corpus exinde translatum cum hymnis et canticis ad Montem Ylcinum, traditum est sepulture, a quo immensa miracula in via et in loco sepulture facta sunt (7). In hac etenim Provincia nonnulli alii clarebant, videlicet:

Niccolaus de Silvanis, Senensis, vita et prodigiis emicuit (8).

Andreas de Plano, vir perfectus et sanctus, magister multorum Fratrum, ad quem Christus in specie Seraph de celo venit. Hic Columbarii requiescit (9).

Guido de Solvena, vir tante puritatis et perfectionis, quod etiam in sui novitiatus tempore Christus apparuit ei in forma pulcerrimi pueri, et prodigia alia fecit, atque spiritu prophetie claruit; cuius corpus in Columbario iacet (10).

Bonafinis de Senis, sanctitate splenduit et miraculis corruscavit (11).

(*a*) Cod. *fratrem.*

---

(1) *Conf.* 340, 513. ALKG I, 515ss., II, 106ss. cf. F. Tocco, ap. *Archivio stor. ital.* XVII (1887), 12ss. *Studi Francescani*, I. Napoli 1908, 292. Wadd. *Script.* 22; 18 [2]; 19 [3]. Sbaralea 40; I [2], 42s.

(2) *Conf.* 316, 518. Wadd. l. c. n. 35-43. (3) *Conf.* 361. Wadd. l. c. n. 43.

(4) Ll. cc. (5) CGenM 705 (669). CG 419s. Wadd. an. 1289, n. 1ss.

(6) CG 420. *Conf.* 345, 510. Eubel l. c. I, 9.

(7) *Catal.* 15. CG 286. *Conf.* 261, 520. Wadd. an. 1290, n. 12-15; e Mar. et Rodulphio f. 105. *Acta SS.* Apr. III, 404-6. Fontes illi ac Vitae S. Antonii hunc socium, dictamque eius patriam ignorant.

(8) Wadd. l. c. n. 15 e Mar. et Rodulphio l. c. (9) *Conf.* 520.

(10) *Conf.* 261, 520. Wadd. l. c. e Mar. et Rodul. l. c.

(11) *Conf.* 450. Wadd. l. c. n. 16.

Bartholomeus Puccii de Monte Politiano, ibidem sanctitate et miraculis clarus (1).

Bonromeus de Bonromeis, Florentinus, vir devotus et spiritu prophetie clarus, qui ob multitudinem lacrimarum visum amisit, quem Sanctus Bonaventura libenter loquentem audiebat (2).

Franciscus de Maleficiis de Florentia, paupertatis amator; qui in loco Nuncie, insule Corsice, requiescit miraculis gloriosus (3).

Anno **1291** die 18 maii, in Siria, civitate Achrona Soldano Babillonie capta, omnes moniales Sancte Clare, pro conservatione sue castitatis et fidei, proprium sibi nasum amputarunt, facies suas diversimode vulnerantes, cruore virgineo tingerunt. Deinde Sarraceni irruentes in eas, omnes gladii[s] diversimode et crudeliter vulnerantes occiderunt. Fratres etiam crudeliter fuerunt pro Christi nomine et innocentia trucidati, et conventus crematus. Inter quos fuit frater Jachobus, Custos Sirie, et Frater Hyeremias, eius socius (4).

Niccolaus Papa IV, vir utique religiosus et sanctus, anno Domini **1292**, die 4 aprilis, animam reddidit suo Creatori, cuius corpus in Sancta Maria Maiori Rome sepultum (*a*) est (5).

Eodem anno venerabilis Pater frater Bernardus de Colle, Provincie Tuscie, Sacre Theologie magister, famosus predicator, vita functus, migravit a seculo, qui una ex principalibus lucernis Ordinis habebatur (6).

(**29** v:) Frater Iacobus Turriti, his temporibus in opere musivo magister egregius clarebat, cuius opera extant (*b*) in Urbe in tribunis Laterani et Sancte Marie Maioris, et aliis plurimis per Italiam in diversis locis (7).

[Vicesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Parisius anno **1292**, et Ordinis 84, per fratrem Raymundum Generalem, ad preces et instantiam Philippi Pulchri, regis Francie (8). In quo Capitulo interfuerunt cum litteris duo legati et magni barones Regis Armenie, gratias (*c*) referentes de Fratribus Minoribus sibi destinatis (9).

Anno Domini **1293**, die 25 aprilis, Sancius IV, bone memorie illustris rex Castelle, qui tanto fuit ad Ordinem igne dilectionis, flatu Spiritus Sancti succensus, quod preter magna beneficia, honores maximos et favores, in Gehennensi civitate infirmatus, voluit se ante mortem induere habitum Ordinis, et cum ipso indutus discedere et sepelliri. Sicque factum est in Toleto, in Ecclesia cathedrali, ut Frater Minor sepultus (10).

[Vicesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est Assisii, anno **1295** (11), Ordinis 87, per fratrem Raymundum Gene-

(*a*) Cod. *sepultus*. (*b*) Cod. *astant... Lateranense*. (*c*) Cod. *gratie*.

(1) *Conf.* 261. Wadd. l. c. *Prov.* 237 (obiit 1330). (2) Wadd. l. c.

(3) *Conf.* 262. Wadd. l. c. n. 16.

(4) *Catal.* 25. Ioh. Vitoduranus, ap. Eccard *Corpus hist. med. aevi* I, 1761-3 CG 420s, 304 ubi alii fontes. Golubovich BTS I, 950-3

(5) Potthast 1910. Eubel, *Hier.* I, 10 Wadd. an. 1292 n. 6ss.

(6) Wadd. an. 1292, n. 12. (7) L. c. 1291 n. 15-17. cf. supra p. 369-77.

(8) CGenM 704 (669). CG 421. Wadd. 1292, n. 13. ALKG VI, 63s.

(9) ALKG II, 305-7. Golubovich, BTS I, 341ss.

(10) Partim e CG 483 et e *Conf.* 348, 535, ubi Pisanus idem fere de Ferdinando IV (obiit 1312) narrat. Sancius decessit 1295.

(11) Wadd. an. 1295, n. 12. ChHLeg. I, 36.

'ralem, qui licet in officio confirmatus esset, tamen in sequenti mense octobris Papa Bonifacius VIII ipsum ab officio absolvit, et ei contulit Episcopatum Paduanum. Sed ipse acceptare nolens, in sua humilitate iacuit (1).

[Vicesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est Ananie, in presentia Domini Bonifacii Pape, anno **1296**, in quo frater Iohannes de Muro, Provincie Marchie, Magister sacre theologie electus est in decimum quartum Generalem (2).

Ipse Bonifacius assunpsit ad dignitatem Cardinalatus fratrem Iacobum de Anania, nepotem suum, conferens ei titulum Sancti Clementis; postea fecit eum Episcopum Ostiensem (3).

Adhuc vivebat frater Andreas de Anania, nepos quondam Alexandri Pape quarti, qui fuerat factus Cardinalis Sancte Romane Ecclesie: sed quia vir humilis et sanctus erat, prefate dignitati renunciavit, multa magna miracula faciebat, ex quibus Bonifatius dixit: Quod si tempore suo moreretur, eum adscriberet Sanctorum cathalago (4).

Anno **1297**, circa festum Purificationis Beate Marie, Sanctus Lodovicus, primogenitus Karuli regis Sicilie, coram Domino Papa, et omnibus Cardinalibus et patre suo Rege, et Carulo germano, Rege Ungarie, et Roberto, alio germano (30r:), postmodum rege⟨m⟩ Sicilie, habitum Ordinis recepit a fratre Iohanne de Muro, Ministro Generali, et statim ey dispensatione propriam professionem fecit. Qua facta, illico Dominus Papa Episcopum Tholosanum creavit, ipso renitente (5). Post quem plurimi alii filii Regum animati ad imitationem istius sancti iuvenis, Fratres Minores esse voluerunt, videlicet:

Petrus Comes de Pratis, filius Iacobi Regis Aragonum (6), Iacobus primogenitus Regis Maioricarum, qui diu laudabiliter vixit (7). Philippus etiam filius Regis Maioricarum, nepos supradicti fratris Iacobi, cum esset factus rex Maioricarum, omnia propter Christum contemnens, Neapolim factus est Frater Minor (8).

Alphonsus, etiam filius Regis Aragonum, et alius filius Regis, facti sunt Fratres Minores (*a*) (9).

(Continuabitur).

Directio Periodici.

(*a*) Spatium in Codice 5 vel 6 linearum vacat.

(1) CGenM 704 (669). CG 431. ZKTh. VII, 350.
(2) CGM l. c. CG 432. Wadd. an. 1296, n. 8. ALKG VI, 66.
(3) Ex CG 432. Est Iacobus Thomasius O. F. M. creatus card. 17 Dec. 1295, mortuus 1 Ian. 1300; non erat ep. Ostiensis. Eubel, *Hier.* I, 12.
(4) *Catal.* 12 inde *Conf.* 249 (cf. 345, 510), et hinc Marianus. Andreas, nepos Bonifacii VIII, nunquam tamen fuit cardinalis; restiterat, quominus crearetur. Eubel, *Hier.* I, 12.
(5) CG 433 cf. hoc fasc. p. 378 n. 1.
(6) *Catal.* 14, 43 nota. CG 556. *Conf.* 349, l. 11ss; 431. Filius Iacobi II, Ordinem ingressus an. 1358.
(7) CG 508. Wadd. an. 1334, n. 32. *Conf.* 349 l. 23ss; 535.
(8) *Conf.* 349. Wadd. an. 1328, n. 30ss; 1340, n. 22s. AFH II, 139.
(9) *Conf.* 348. Wadd. an. 297, n. 22-28; e Mariano.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno et mense, scilicet februarii, supradicto, in festo Cathedre Sancti Petri, in civitate Cortone, Provincie Tuscie, emisit ad Superos suum gloriosum spiritum Fratrum Minorum plantula, Christi famula Margarita de 3° Ordine, multis et magnis clarens miraculis. Cuius festum, quo etiam ad divinum officium, solempniter celebratur (2).

Adriana quoque, Gilia, socia beate Margarite, et Iohannellus, omnes tres etiam de 3° Ordine, virtutes et vestigia Beate Margherite imitantes, in eterna luce fuerunt absorte, quorum corpora in ecclesia Sancti Francisci fuerunt tumulata (3).

Eodem quoque anno, die 6 Martii, frater Petrus Iohannes (*sic*) Olivi, Doctor Illuminatus, ad Dominum migrans, et sepultus in conventu Narbonensi, multis claruit signis sanctitatis (4).

Pontius Carbonellus de Bottingata clarebat in Ordine sanctitate et doctrina, qui Magister in moribus et scientia fuit Sancti Lodovici, iam dicti, Episcopi Tolosani. Hic in divinis codicibus eruditissimus, totum vetus et novum Testamentum postillavit, nihil dimictens indiscussum, omnium doctorum dicta ponendo: qui in Conventu Barchinonensi sepultus est (5).

(**30**v:) Anno iam expresso, videlicet **1297** (*a*) Papa Bonifacius in Urbe Veteri, 11 die augusti, in dominica, ascripsit in cathalago Sanctorum Sanctum Lodovicum Regem Francorum de 3° Ordine (6) et patruum Sancti Lodovici Episcopi, post cuius canonizationem, octava scilicet die, et ipse sanctissimus iuvenis in Proventia et castro de Brincola migravit ad Dominum, anno etatis sue 23 cum dimidio, cuius [corpus] in conventu Marsilie fuit sepultum (7).

Frater Gentilis de Monte Flore, Provincie Marchie, in Theologia excellens (*b*), factus est per Dominum Bonifacium Papam Pres-

(*a*) In Cod. annus in *1299* falso correctus. Et infra *Urbe Veterum*.
(*b*) Cod. *escellens*.

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107, 305-18, 457-72.
(2) *Conf.* 361. *Acta SS.* Feb. III, 304ss. (3) Wadd. l. c. n. 29 (e Mar.).
(4) Cf. supra p. 461, n. 1. Wadd. l. c. n. 33, e Mar.; obiit vero 14 mart. 1298; cf. ALKG III, 441.
(5) *Catal.* 43. *Conf.* 310, 324, 340, 536; cf. hoc Period. II, 139s. *De illustr.* 43 v. b.
(6) Wadd. an. 1297, n. 30s. *Acta SS.* Aug. V, 528s. Bulla est 11 et 13 Aug. 1297. BHL II, 748.
(7) Obiit 19 Aug. 1297, cf. Bulla Canoniz. BF V, 111ss. Wadd. an. 1317, n. 47. *Acta SS.* Aug. III, 783ss; BHL II, 750. *Catal.* 32, CG 433ss, 449ss etc. *Conf.* 309ss, 448, 540 etc.

biter Cardinalis, tituli Sancti Martini in Montibus, qui tandem in Assisio moriens, cum Fratribus requiescit (1).

[Vicesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est anno **1299** et Ordinis 90, Lugduni, per fratrem Iohannem de [Muro], in quo fuit in officio confirmatus (2).

Anno **1300**, Ordinis vero 92, in Tuscia et castro Sancti Geminiani, die 12 decembris, transivit ex hoc mundo ad celum sanctus presbiter, nomine Bartolus, de 3° Ordine, sepultus in ecclesia Sancti Augustini (3).

Vivaldus quidam de eodem castro, discipulus et socius prefati presbiteri, etiam de ipso 3° Ordine, post mortem magistri, ad nemus obscurum confugit, ubi cellam sibi in castanei cavo constituit, ac in arta et austera vita vigilando et orando, usque ad extremum (*a*) vite peregit. Ambo miraculis clari. Hic prima Maii migravit ad Dominum (4).

[Vicesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Ianue anno Domini **1302**, Ordinis 94, per fratrem Iohannem de Muro (5), qui in officio confirmatus, sed in sequenti mense Decenbris per Papam Bonifatium fuit assumptus ad dignitatem Cardinalatus, tituli Sancte Rufine (6).

In Brictannia minori⟨s⟩ et Civitate Trecorensi (*b*), anno **1303**, die 19 maii, migravit ad astra Sanctus Presbiter Ivo de 3° Ordine, advocatus pauperum et pupillorum (7).

Anno Domini **1304**, die 15 ianuarii, in Tuscia apud Castrum Plebis, pro defensione bonorum Ecclesie, seu quodam hospitali, interfectus est Beatus Iacobus de 3° Ordine, vita et miraculis illustris (8).

[Vicesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Assisii anno **1304**, Ordinis 96, per fratrem Ioannem de Muro Cardinalem, in quo fuit electus in 15 Generalem Gonsalvus de Valle bona, Provincie Sancti Iacobi, Magister Sacre Theologie, qui plurima in ipsa facultate et sacra Scriptura scripsit (9).

(**31**r:) Ipso quoque anno, in festo Omnium Sanctorum, in Burgo Sancti Sepulchri, celestia gaudia penetravit frater Raynerius de Aretio, olim socius fratris Benedicti, socii beati Francisci, per quem Deus miracula plurima patravit (10).

Apud Urbinum, Provincie Marchie, prima die Iunii, anno eodem, carne soluta, celestia regna penetravit Beatus Pilingottus de 3° Ordine, qui tot et tantis corruscavit miraculis (*c*), ut turmatim die noctuque populi veniebant ad sepulcrum eius (11).

(*a*) Cod. *estremum*. (*b*) Cod. *Trac*. (*c*) Cod. *tanta... miracula*.

---

(1) CG 452, 4. CGenM 704 (669). *Conf.* 338, 345, unde Mar., 512. Obiit Lucae 27 oct. 1312. Eubel, *Hier.* I, 12.

(2) CG 452. ChHLeg. I, 37. Wadd. an. 1299, n. 6. ALKG VI, 66.

(3) Wadd. an. 1300, n. 3-11; e Mar. (4) Cf. hoc Period. I, 521ss.

(5) CG 452. Wadd. an. 1302, n. 1-2. ALKG VI, 66s.

(6) Creatur cardinalis 15 dec. 1302. Eubel, *Hier.* I, 12. CG 453. CGenM 704 (669).

(7) Wadd. an. 1303, n. 9-23. Sbaralea, *Suppl.* 479-80. *Acta SS.* Mai. IV, 581, 608. BHL I, 685-7. Cf. vitam ipsius a Mariano conscriptam in Cod. MS. Palatin. 147 (E. 5, 9, 80). *Bartholi*, 157ss. (8) Wadd. an. 1304, n. 1-3, e Mariano.

(9) CGenM 704s. (669). CG 454-467. Wadd. an. 1304, n. 13ss. Idem, *Script.* 147, 100^2, 101^3. Sbaralea, 310, I^2 328.

(10) *Catal.* 10. *Bartholi*, XLIV ss. 27ss. Wadd. ad an. 1304, n. 12. Golubovich I, BTS. 130. *Acta SS.* nov. I, 391-402. (11) Wadd. an. 1304, n. 4-11.

Per hec quoque tempora, Robertus rex Hierusalem et Sicilie, Sancti Lodovici Episcopi germanus, non sine magnis sumptibus et laboribus gravibus, obtinuit a Soldano, quod Fratres Minores infra ecclesiam Sancti Sepulchri possent continuo divina celebrare, sicque in sacro monte Syon et in Bethlem, ubi Christus natus est, et in Sepulchro Beate Marie in valle Iosaphath. Quod totum fuit confirmatum per Papam Clementem quintum et per Martinum V (1).

Anno **1306**, die 12 decembris, ex hoc seculo transivit ad sidera sanctus frater Corradus de Offida, in loco Bastie apud Sanctam Mariam de Angelis, qui tanti meriti apud Deum (*a*) fuit, quod ipsum patenter tam in vita quam in morte multipliciter honoravit. Hic etenim magnus predicator fuit, cuius predicatione stantibus signis Deus illum celebrem reddidit (2).

Hac (*b*) quoque tempestate, 25 decembris, migravit ad Dominum frater Iacobus de Tuderto, alias Iacobonus (*c*), vir utique sanctus. Qui plures annos detentus in severo carcere a Bonifatio VIII, propter veritatem multa passus est. Hic utilissimum tractatum scripsit et magnum volumen Canticorum in rictimis vulgaribus (3).

In Ordine tunc, licet in diversis Provinciis, plurimi Fratres sanctitate clarebant, videlicet:

Guglelmus, in prefato loco Tudertino plurima miracula fecit et, inter alia, Claruccíam in aquis molendini submersam et duos avos mortuos sua invocatione suscitavit (4).

Paulus, in loco de Aquasparta miraculis fulget (5).

Electus, sepultus in Assisio cum Sancto Francisco, etiam spiritu prophetico claruit (6).

Iordanus, laycus, de Eugubio, vir perfectus atque sanctissimus, in loco de Bitonio sepultus est (7).

Iacobus, laycus, in civitate Castelli miracula patrat (8).

(**31**v:) Electus, in Araceli conditus. Hic post[quam] 10 annos steterat sepultus, multis videntibus surrexit, et seipsum in sepulcro reposuit (9).

Franciscus Cathalanus, in Provincia Marchie et loco de Ausmo sanctitate fulsit (*d*) (10).

Guido de Spatis Bononiensis, magnus predicator et precipue passionis Iesu Christi, mira vivens operatus, et post mortem preclaris miraculis sua sanctitas innotescit (11).

(*a*) Cod. *apud eum.* (*b*) Cod. *Hec.* (*c*) Cod. *alius Iacobus.* (*d*) Cod. *fulxit.*

---

(1) Nonnisi an. 1342 hoc vel paulo prius factum est: cf. Bullas Clementis VI (!), 21 nov. 1342 Eubel, BF, 95-6, Wadd. an. 1342, n. 17ss.

(2) *Catal.* 8. *Sp.* Sab. c. 71. *Actus* c. 50, 53, 65. CG 422-30. ALKG II, 308. OCH I, 370. MF VII, 132. *Conf.* 233s. 276, 450s. 504.

(3) *Catal.* 9. CG 251, 460. *Conf.* 235-40, 510. Cf. editionem operum ipsius ed. Tresatti, Venet. 1617 etc. et Chevalier, *Rép.* II² 2299s. Wadding, 180, 123², 122³s. Sbaralea, 366.

(4) *Catal.* 9. *Conf.* 235, 510.

(5) *Catal.* 11. CG 254. *Conf.* 243, 511.

(6) *Catal.* 4. CG 252. *Conf.* 188, 362, 504.

(7) *Catal.* 11. *Conf.* 243, 504.

(8) *Catal.* 10. *Conf.* 241, 505.

(9) Iisdem verbis. *Catal.* 12. Cf. CG 264. *Conf.* 249, 515.

(10) *Catal.* 18. *Conf.* 278, 513.

(11) *Catal.* 16 not. c. *Conf.* 263, 521s. Melloni, *Uomini ill.* II, 143ss. 336ss.

Gerardus etiam, magnus predicator, in Mutina requiescit, multis clarens miraculis (1).

Guglelmus de Placentia, sua perfectione et sanctitate, ut lux, fulgebat in Ordine (2).

Iohannes Barontii, signis claruit et miraculis in Arimino (3).

Carissimus de Clugia (*a*), arborem siccam (*b*) subito frondere fecit et fructus facere. Venetiis ob⟨ed⟩iens, inventus est postmodum genuflexus in sepulchro, cum supinus fuisset positus. Hic multis miraculis claruit (4).

Franciscus, laycus, cognomento Poverellus, ibidem iacet; vir utique sanctus, assiduis fulget miraculis (5).

Belongerius de Monte Acuto, Ianue conditus iacet, qui signis et miraculis in vita et post mortem exstitit (*c*) gloriosus (6).

Leo de Laude, sanctitate preclarus, factus Episcopus, dum suos corrigeret clericos, ab eis est deterrimo veneno potionatus, sed in nullo lesus fuit (7).

Petrus de Archagnano, inquisitor, cum noluisset aliquos hereticos de libro inquisitionis abolere, ab eis coronam martirii recepit (8).

Gandolphus, in Sicilia plura egit miracula, in loco Politii (9).

Iohannes in Siracusa conditus, inter multa sua signa sanctitatis lapidem ignitum et ardentissimum portavit in manibus, sine lesione, de coquina ad infirmariam uni Fratri infirmo (10).

Petrus, Minister Provincie Calabrie, sanctitate clarens, miraculis corruscavit (11).

Landus, Minister Provincie Apulie, in Andria sepultus, vir sanctus et signis decorus (12).

Philippus de Duratio, in loco de Orta quiescit, signis clarus, qui septem annis panem non comedit (13).

Gerardus, Provincie Ianue (14), Laurentius, cui crucifixus fuit locutus (15), et Iohannes de Auricalco (16), omnes multis corruscant miraculis in prefata Provincia Apulie.

(*a*) Cod. *Elugia.* (*b*) Cod. *sicham.* (*c*) Cod. *estitit.*

---

(1) *Salimbene,* 30ss., 401ss. (70, 75-7, 96, 105-6, 162, 595). *Ecclest.* 242. *Catal.* 16. *Conf.* 263, 523. Picconi, *Serie,* 29, 34, 47.

(2) Wadd. an. 1305, n. 3.

(3) *Catal.* 16, not. c. *Conf.* 264, 524. Wadd. l. c. Picconi, *Serie,* 82.

(4) *Catal.* 17, not. b. *Conf.* 274, 525, quem repetit Marianus, nonnullis inversis. Item Wadd. l. c.

(5) *Conf.* 275.

(6) Ex *Conf.* 289, 526. Wadd. l. c. n. 4.

(7) Ex *Conf.* 526. Rodulphius, f. 272. Wadd. an. 1343, n. 13. Est Leo de Pallatinis, ep. Laudensis 1318-1343. Eubel, *Hier.* I, 308.

(8) *Catal.* 24, nota a. *Conf.* 302, 526; iam an. 1254 (!) mortuus erat: BF I, 720, 139, not. 6.

(9) A Binasco. *Catal.* 22. CG 497. *Conf.* 297, 532. *Acta SS.* sept. V, 704-19. BHL I, 488.

(10) *Catal.* 22, inde alii CG. 497. *Conf.* 277, 533.

(11) *Catal.* 24. *Bessa* 669. *Conf.* 296, 532. *Min. Erph.* MG SS. XXIV, 205. Thomas Papiens. (Tuscus) l. c. XXII, 516. Wadd. an. 1264, n. 10.

(12) *Catal.* 26. CG 498s. *Conf.* 293, 531.

(13) *Catal.* 23. CG 498. *Conf.* 293, ubi ubique vocatur Franciscus.

(14) *Catal.* 23 not. a. Wadd. an. 1305, n. 4. (VI ², 64).

(15) *Catal.* 23 not. a. *Conf.* 300.

(16) CG 499. Wadd. an. 1305, n. 4.

(32r:) Franciscus de Aprutio, vir utique sanctus et signis clarus (1).

Antonius de Duratio, Provincie Dalmatie, ultra mare pluribus annis predicavit Sarracenis. Demum obedientia factus Archiepiscopus Duratii, miraculis corruscavit (2).

Adam, primus socius prefati fratris Antonii inter infideles, vir bonus et perfectus, gloriaque insignis in Cathara requiescit (3).

Monaldus, vir vite sanctitate et scientia preclarus, omnium iuristarum sue etatis princeps, et etiam magnus theologus. Qui Summam fecit in legibus et decretalibus per ordinem Alphabeti, que Monaldina dicitur. Scripsit etiam super 4 libros Sententiarum, questiones satis profundas. Item, multos sermones predicabiles. Et tandem miraculis clarus, Iustinopoli‹s› migravit ad Christum (4).

Iulianus de Vallibus, ibidem sepultus in Custodia Istrie, de quo ibidem festum agitur (5).

Matheus et Petrus de Nigroponte, ibidem humati, signisque gloriosi (6).

Bernardus Bollega, Provincialis, vir magne perfectionis et sanctitatis, in Arelate requiescit (7).

Galterius de Brugis, Episcopus Pictav[i]ensis, vir sanctus et prodigiis insignis, anno **1306** obdormivit in Domino (8).

Trigesimum Capitulum Generale celebratum est Tolose, Provincie Aquitanie, anno Domini **1307**, ab exordio vero Ordinis 99, per fratrem Gonsalvum Generalem, in quo fuerunt noningenti nonaginta Fratres (9).

Frater Gentilis, tituli Sancti Martini Presbiter Cardinalis, per Papam Clementem anno Domini **1308** destinatus est ad regnum Ungarie legatus, ut pacem poneret infra Ungaros, qui inter se discordabant de electione Regis. Qui ivit et pacem posuit, et ad Curiam reversus est cum gloria sui et honore Ordinis (10).

Frater Petrus de Cassano, Episcopus Ruthenensis et Patriarcha Hierosolimitanus, eodem anno missus est Legatus cum Magistro hospitalis Sancti Iohannis Hierosolimitani, contra Sarracenos. Qui in sequenti anno, magno cum apparatu applicarunt Rodum, quam insulam cum magno dampno Sarracenorum et Turcarum obtinuerunt in festo Assumptionis Beate Marie Virginis, anno **1310** (11).

(32v:) Eodem quoque anno **1308**, idem Dominus Papa misit ad Regem Tracie fratrem Egidium, Ordinis Predicatorum, Patriarcham

---

(1) *Catal.* 20. CG 267. *Prov.* 188. *Conf.* 290.

(2) *Catal.* 42, not. 47. *Conf.* 302s. unde Mar., 528. Episc. fuit 1349-1363. Eubel, *Hier.* I, 241.

(3) *Conf.* 303s. 528. Wadd. l. c.

(4) *Conf.* 303s. 341, 528. *De illust.* 44 r, b. Wadd. *Script.* 261; 178²; 176³. Sbaralea, 547. AFH I, 231-4.

(5) *Conf.* 302s. 528. Wadd. l. c. *Acta SS.* nov. II, 517-9.

(6) *Catal.* 42. *Conf.* 303, 533.

(7) *Catal.* 32, unde *Conf.* 317 (539) et Mar. (CG 406).

(8) Cf. supra p. 462, n. 3. CG 435s. *Conf.* 307. Obiit 21 Jan. 1307. Eubel, *Hier.* I, 419.

(9) CG 455 unde Mar. Wadd. an. 1307, n. 1 e Mar. ALKG VI, 68. Rodulphius, f. 240.

(10) Wadd. an. 1308, n. 1-4, cf. Baluze, *Miscellanea,* ed. Mansi, Lucae 1764, IV, 617ss. *Monumenta Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia,* Series I, Tom. III. Budapestini 1885, (an. 1307-1311). Cf. p. 2, n. 1.

(11) Petrus de Plana Castanea (Pleine-Chassagne), Eubel, *Hier.* I, 449. Eubel, BF V, 615, n. 157, cf. Wadding, ad an. 1311, n. 3. Ruthen. i. e. *Rodez.*

Gradensem, et fratrem Gonsalvum Generalem, et Procuratores Fratrum Minorum et Predicatorum in Romana Curia; qui cum suo regno submittere se volebat fidei et Romane Ecclesie. Qui cum ad prefatum Regem venissent, debito cum honore fuerunt recepti. Finis tamen intentus nullus fuit, quia Rex ipse, matris sue et fratris metu retractus, penitus nihil egit (1).

Item eodem anno **1308**, in Conventu Coloniensi Agrippine, Germanie Superioris excessit frater Iohannes de Donis, theologus magnus et eximius doctor, ubi honorifice sepultus, in magna veneratione habitus est. Hic natione de Scotia fuit, qui ab Universitate Parisiensi inter ceteros doctores Doctor Subtilis appellatur. Fuit enim toti seculo stupendus, quia ita in scribendo et disputando fuit acutissimus, ut a nullo suo tempore vinci poterat. Scripsit ⟨in⟩ duo egregia et diversa scripta super Magistrum Sententiarum, quorum primum Oxoniense, alterum vero Parisiense appellatur. Scripsit etiam super omnes ferme Aristotilis libros, presertim super Methaphisicam. Item, super 4or Evangelistas. Item, super Epistolas Pauli. Item, super Genesim ad literam. Item, sermones tam de tempore quam etiam de Sanctis, per totius anni circulum. Item, Quodlibeta aliqua. Item, Tractatum de Primo rerum Principio. Item, Collationes Parisienses. Item Tetragreumatha quedam (2).

Hic etiam lacte sue sapientie multos discipulos enutrivit; sed qui maxime profecerunt hii fuerunt, scilicet:

Franciscus Maironus (3), Iohannes Occam (4), Gualterius (5) quoque et Burleus (6), Gualterius alter (7), Antonius Andreas (8), Iohannes Grandonus (9), Iohannes Scorps (10) et Iohannes Canonicus (11), quorum ingeniis mirum in modum philosophia crevit.

Alii nonnulli erant insignes, videlicet:

Petrus Casuel, Anglicus, qui cum esset utriusque Iuris Doctor atque Sacre Pagine Professor, scripsit Summam uberrimam, et valde dilatatam, que vulgariter dicitur Directorium Iuris (12).

---

(1) Secundum diplomata Pontificis Summi ad regem *Rassiae* missi fuerunt, 1 april. 1308 una cum Patre Gradensi Fr. Lapus et Artanisius [de Bononia] procuratores gles, ille O. Pr., hic O. M. sed *non* Generalis minister. Eubel, BF V, 49s. Wadd. ad an. 1308, n. 4s.

(2) Est celeberrimus Iohannes Duns Scotus, de quo CG 455. *Conf.* 337 (544, 47s.) Chevalier, *Rép.* I², 1249s. Wadd. *Script.* 201-4, 137-9², 136³ss. Sbaralea, 408-15, 729. *De illust.* XLII b.

(3) CG 485s. *Conf.* 339, 523, 540, 44. *De illust.* XLII v. a. Wadd. *Script.* 123¹s, 84², 85³. Sbaralea 267s; I² 283ss.

(4) Wadding, 216¹, 147², 146³. Sbaralea, 445.

(5) Alludere videtur ad Gualterium Pictaviensem. *Conf.* 338, cf. supra p. 462, n. 3; sed melius omittendum *et,* ac legend. Gualt. qu. Bal.

(6) Sbaralea, 314; I², 332, qui tamen recte dubitat, fueritne ord. min. necne.

(7) Gualterus Caepton? *Conf.* 339, cf. supra 315, n. 4. *De illustr.* XLIV r. b. Wadd. 149, 101², 102³. Sbaralea, 314, I², 332s.

(8) Wadding, 20, 29³, 23³s. Sbaralea, 67ss.; I², 71ss.

(9) Ioh. Garau? GG 375. Erit potius Iohannes Jandunus cf. infra, p. 639, n. 12.

(10) Forsan Ioh. Bassolius, a Wadd. an. 1308, n. 46 inter Scoti discipulos cum reliquis computatus. Wadd. 193, 132², 131³; Sbaralea, 395.

(11) Wadd. 195, 133², 132³. Sbaralea 400. Little 224s.

(12) *Prov.* 8. *Conf.* 341. *De illust.* XLIV r. b. Wadding, 287¹, 195², 192³, Sbaralea, 604. Little, 225 nota.

Francicus Rubeus de Pignano, Provincie Marchie, qui inter ceteros doctores Doctor prefulgidus appellatur. Scripsit luculenter super 4 Sententiarum libros, et super omnes ferme Aristotelis libros et super 4 Evangelistas et plurimos Tractatus et questiones in Theologia et philosophia, in predicatione quoque, et aliis suo tempore valde carus fuit (1).

(**33**r:). Antonius Andree Aragonus, inter ceteros Doctores Doctor dulcissimus appellatus, doctrine sui magistri Scoti precipuus defensor, scripsit super omnes libros Sententiarum, et ferme super omnes Aristotelis codices, maxime super Logicam, secundum mentem Scoti, et multa Quotlibeta (2).

Ugo de Novo Castro, qui inter ceteros Doctores, Doctor Scholasticus appellatur, scrutator et defensor doctrine Scoti, scripsit egregie super quatuor Sententiarum libros et Reportata super eosdem. Item, Tractatum de materia Antichristi (3).

Iohannes de Monte Casale, doctor precipuus, qui plurimas questiones edidit in theologia et philosophia (4).

Antonius de Valentia Lombardie, Magister singularis in theologica facultate, ut sua scripta demonstrant. Ob suam singularem sufficientiam Episcopus Gaitanus creatus est (5).

Clarus de Florentia, in iure canonico Doctor, plurima scripsit et Summam Casuum compegit; qui non solum scientia, sed religiositate claruit (6).

Iacobus de Grisanto de Castro Florentino, egregius predicator et in theologia Doctor magnus, qui quadraginta duo quadragesimalia et sermones alios tam dominicales quam festivos peregit (7).

Benedictus de Senis, theologus excellens et famosus predicator, sermonales composuit (8).

Antonius de Luca inter alios maximus predicator, quamplurima quadragesimalia fecit, quibus claruit sua subtilitas ingenii et scientie (9).

Karolus secundus, rex Sicilie et Hierusalem, pater Sancti Ludovici Episcopi, et de 3° Ordine, cum dolore totius Ordinis moritur anno **1309**, prima die maii (10).

Clarebat in Hispania et Regno Castelle frater Iohannes de Cambia, vir doctissimus et devotissimus, ac omnium virtutum ornatus, prodigiorum etiam varietate mirandus, tam in vita, quam post mortem. Cuius corpus honorifice requiescit in Conventu Aurie Provincie Sancti Iacobi (11).

---

(1) CG 486. *Conf.* 338, 511, 544. Wadding, 112[1]; 83[2]; 77[3]. Sbaralea, 243[1]; I[2], 257 s. *De illustr.* f. 43r, b. Quocum modo plus, modo minus convenit Mar.

(2) Wadd. 29[1]; 20[2]; 23[3] s. Sbaralea, 67[1] s.; I[2], 71-3. *De ill.* l. c.

(3) *Conf.* 544. *Prov.* n. 8. Wadd. 179[1]; 122[2]; 121[3]. Sbar. 361[1]; I[2], 383. *De ill.* l. c. a.

(4) *Prov.* 305. Wadding, 215[1]; 147[2]; 145[3]. Sbaralea, 443.

(5) *Conf.* 527. Wadding, 39; 27[2]; 30[3]. Sbaralea 94; I[2], 99. Eubel, *Hier.* I, 268.

(6) *Salimbene,* 208, 317, (403, 549). Wadd. 91[1]; 62[2]; 64[3]. Sbaralea, 196[1]; I[2], 209.

(7) Wadding, 183, 186[1]; 125, 127[2]; 124, 126[3]. Sbaralea, 370, 378.

(8) Terrinca, *Theatr. Etr. Min.* Florentiue 1682, 266. (*Theat. Et. M.*)

(9) *Prov.* 229. *Conf.* 517. Wadd. 34[1]; 24[2]; 27[3]. Sbaralea, 79[1], I[2], 83.

(10) Wadd. an. 1310, n. 19. Obiit 5-6 Maii 1309. Chevalier. *Rép.* I, 887.

(11) CG 462 s. Wadding, ad an. 1309, n. 5 e Mar. Obiit vero 1309, 5-6 mai, cf. Minieri-Riccio, *Genealogia di Carlo II d'Angiò,* ap. *Archivio storico per le prov. Napoletane,* VII, Napoli 1882.

Martinus, vir perfectus, signis et prodigiis admirandus, in Conventu de Burgo, Provincie Castelle, sepultus (1).

Ademarus de Fulzineo clarebat etiam isto tempore in Provincia Aquitanie, filius incliti Domini de Monte Murato, et maximus predicator. Qui cum signo Crucis sanabat infirmos, sepultus in Conventu Figiaci, ubi multis miraculis coruscare non cessat. Suscitavit etiam mortuos, illuminavit cecos et curavit a demonibus vexatos (2).

(33v:) Anno eodem in Fulgineo, Valle Spoletane (*sic*), die 23 decembris, carne soluta, radio claritatis eterne absorta migravit ad celos beatissima Angela de 3° Ordine, que de voluntate Dei librum dignissimum composuit. Qui per octo famosos Lectores, deinde per Dominum Iacobum de Columna Cardinalem, approbatus fuit (3).

In prefata etiam civitate, sub ipsa Regula Tertii Ordinis, sanctitate emicuit beata Pascalina (4). Et in Monte Falcone beata Margarita (5).

Anno Domini **1310**, kalendis ianuarii, in oppido Sancte Crucis Vallis Arni, migravit a seculo beata Cristiana, Virgo devotissima, multis virtutibus et miraculis clarens (6).

Anno eodem, ex commissione Domini Pape Clementis V, deceptatio (7) que orta erat in Ordine, inter zelatores et transgressores paupertatis, examinata est per fratrem Berengarium Cardinalem Tusculanum, et Dominum Guglelmum tituli Sancte Potentiane Presbiterum Cardinalem. Ex qua re Dominus Papa precepit Fratribus zelatoribus, ut omnes transgressiones in scriptis reducerent sibique traderent. Qui simul convenientes, 25 articulos super relationem, et 10 super Declarationem Nicolai III formaverunt (8). Super quos formata est Declaratio ipsius Domini Clementis (9).

[Tricesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Padue (10) per fratrem Gonsalvum Generalem, anno Domini **1310**, Ordinis vero 103, in quo Capitulo facta est translatio Arche Sancti Antonii ad medium Ecclesie (11).

Anno Domini **1311** Dominus Papa Clemens apud Vien[n]am convocavit Concilium Prelatorum et inchoavit primam sessionem Sabbato ante festum Sancti Luce. Et in sequenti anno in festo Sancti Iohannis ante Portam Latinam celebravit tertiam et ultimam sessionem (12). In qua promotus fuit modus vivendi Fratrum, qui accusabantur, per Constitutionem, que incipit *Exivi de Paradiso*, et ponitur extra. de verborum significatione in Clementinis (13).

---

(1) CG 463s. Wadd. an. 1309, n. 6 e Mar.

(2) CG 464-7. *Conf.* 308, 538. Wadd. l. c. n. 7-10 e Mar.

(3) CG 361. *Acta SS.* Jan. I, 186. Faloci, ap. MF III, 173s. Wadding, l. c. 11-22. (4) Wadd. 1313 n. 11ss. e Mar.

(5) Wadd. an. 1360 (sic) n. 3 (VIII, 148). (6) Terrinca, *Theat. E. M.* 280.

(7) Cf. praecipue ALKG III, 1ss. Knoth, *Ubertino von Casale*, Marburg 1903, 64ss. Huck, *Ubertinò von Casale*, Freiburg 1903, 20ss.

(8) Cf. *Rotulum* Fr. Ubertini ALKG III, 93ss. super *Exiit* cf. supra 465, n. 3-4.

(9) *Exivi* BF, V, 80. Clement, l. V, titul. XI.

(10) Ehrle ALKG VI, 68-70. Wadd. 1310, n. 6 (VI[2], 172). CG 458. *Mem. Ord. Firm.*[1] f. XXIIIr. (11) Hoc ap. Wadd. l. c.

(12) *Collectio regia* XXVIII, 701. Raynaldus, *Annales*, 1310, 41; 1311, 52ss; 1312, 1-26. Labbe, *Coll. Concil.* XI, 1537-69. Mansi, *Suppl.* III, 713, (XXV, 367). Ehrle, l, c. II, 353-416, III, 1-195; IV, 361-470. Duravit concilium a 16 oct. 1311 usque ad 6 maii 1312. (13) Cf. supra n. 9.

Frater autem Gonsalvus Generalis post Concilium attendens ad Ordinis reformationem, per Ordinem discurrens hedificia sumptuosa dirui faciebat, vestes excessivas Fratribus aufferebat, elemosinas perpetuas relinquere et annualia reddere suis dominis quibuscumque obbligationibus compellebat: et quantum potuit pro reformatione Ordinis laboravit (1). Qui Parisius, visitando, diem clausit extremum, anno Domini **1313**. Hic magister realissimus, unus de maioribus licteratis suorum temporum. Hic tam in theologica facultate, quam super Sacram Scripturam plura scripsit et alios plurimos tractatus (2).

(**34r**:) Iohannes, rex Armenie, hac tempestate dimisso regno nepoti suo Leoni, Ordinem Fratrum Minorum intravit (3). Sed quia contra Regnum Turce insurgebant, et dictus Leo rex eis resistere non valebat, tunc frater Iohannes, zelo fidei succensus, cum habitu arma sumit, infideles quamplures fugat, prosternit; finaliter tamen ab infidelibus occisus ianua celi gloriosus penetravit. Cuius corpus in Aquitania[m] translatum, ibi claret miraculis.

Philippus Pulcher, rex Francie, filiam suam Blancham beato Francisco et beate Clare in monasterio de Longo Campo, prope Parisius, obtulit, sororemque fecit (4).

Henricus 7, imperator, anno **1312**, per agrum Aretinum transiens contra Florentinos, ex devotione Beati Francisci sacrum visitavit Montem Alverne et a sancto fratre Iohanne informari voluit, quem cum attentione et devotione maxima audivit. Ipsumque sacrum Montem et Fratres sub sua protectione suscipiens, per suas litteras dominis illius regionis efficacissime commendavit (5).

Ugo de Prato, Provincie Tuscie, cognomento Pantiera, vir venerabilis et bonus theologus, qui etiam tante humilitatis fuit, ut Ordinem intrans, in statu (*a*) laycorum requiescere voluit. Hic opus edidit in lingua materna de vita contemplativa, subtilissimum et contemplativum, et plure[s] epistolas, in quibus se magnum theologum ostendit (6). Qui ob zelum fidei cristiane ampliande ad Tartaros ivit, ubi plurima tempora fuit, et de illis partibus hoc anno **1312** ad socios suos de cippo Pratenses (*b*) epistolam scripsit (7).

Ipso quoque anno Papa Clemens fecit ordinationem 9 Cardinalium (8), inter quos fuit frater Vitalis de Furno, Provincie Aquitanie, sacre Theologie Magister, tituli Sancti Martini in Montibus Presbiter Cardinalis, quem postea fecit Episcopum Albanensem (9), et frater Guglelmus Petri de Gondine, magister Curie Ordinis Predica-

(*a*) Cod. *stato*. (*b*) Cod. *Pratensos*.

(1) Sic CG 459 s, et *Memor. Ord.: Firm.* [1] f. XXXIII, Wadd. 1312, n. 9; Idem 1310 n. 8 litteras Gonsalvi talis tenoris editas iam 27 Oct. 1310.

(2) CG 467, *Memor. Ord.* l. c., cf. Wadd. 1313, n. 1. Sbaralea *Suppl.* 626 s.

(3) CG 462, Golubovich, BTS I, 328-39, tumulatus fuit Sisii, in Ciliciae capite.

(4) CG 472. Wadd. 1315, n. 24 e Mar. Anno 1313; cf. G. Duchesne, *Histoire de l'abbaye royale de Longchamp* [2], Paris 1904, 72.

(5) Wadd. 1312 n. 5 ubi imperatoris litterae; cf. l. c. 1322, n. 32, (VI [2], 387).

(6) Wadd. *Script.* 179, 122 [2], 121 [3]. Sbaral. *Suppl.* 361; I [2], 383 s. Chevalier, *Rép.* I, 2213. (7) Wadd. 1313, n. 8. i. e. ad societatem Cippi dictam.

(8) Eubel, *Hier.* I, 14, die 23 vel 24 dec. 1312.

(9) L. c. et p. 34, mense iunio dicti anni.

torum. Erant tunc in Curia quatuor Fratres Minores et quatuor Predicatores Cardinales (1).

Anno Domini **1313** frater Iohannes de Muro, Ordinis Minorum, Protector Ordinis, ad suos Patres appositus est (2). Isto quoque anno Papa Clemens, apud Avinionem in cathalago sanctorum ascripsit Sanctum Petrum de Murrone (3).

[Tricesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Barchinone, Provincie Aragonie, per Regem Petrum anno **1313**, Ordinis vero 105. In quo, presente ipso rege, fuit electus in Generalem (**34**v:) frater Alexander de Alexandria, Provincie Ianue (4).

Anno **1314** in crastino Beati Francisci, Rome in Araceli, frater Alexander Minister Generalis ad sanctos Patres positus est, post cuius mortem per 17 menses, sine Ministro Generali fuit Ordo (5). Hic Generalis vir excellentissimi ingenii fuit, et multa edidit. Scripsit enim super quatuor Sententiarum libros. Item, super omnes ferme Aristotilis libros, maxime super Methaphisicam, in qua alios dicitur excellere Doctores. Scripsit etiam plurima Quodlibeta. Item Postillam copiosam super Iohannem. Scripsit et tractatum de Usuris. Item, super Epistolam ad Romanos. Hic ad differentiam Alexandri de Ales, vocatus est Alexander iunior (6).

Eodem quoque anno, 15 mensis Martii in Arzenga, civitate Vicarie Orientis, pro fide Christi passi sunt frater Monaldus de Anchona, frater Franciscus de Firmo et frater Antonius de Mediolano; quos Patriarcha Armeniorum ascripsit in cathalago Sanctorum (7).

Robertus filius Comitis Guidonis de Battifole, vir utique bonus et perfectus, qui diu in Ordine laudabiliter et sancte vixit, in Conventu Assisii, tempore Indulgentie moriens, devote fuit sepultus, tam a Fratribus, quam a secularibus (8).

Ubertinus de Sancto Cassiano, vir quippe magne orationis et vigiliarum, cui in nocte Ascensionis oranti plurima fuerunt revelata in Conventu Prati, et post paucos dies a seculo migrans, cum omni devotione humatur (9).

[Trigesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est Neapolim, anno **1316**, Ordinis 108, per regem Robertum et reginam Sanciam. In quorum presentia⟨m⟩ electus fuit in 17 Generalem frater Michael de Cesena, Parisius existens, ubi noviter fuit magistratus (10).

Quo tempore in Ordine clarebant in doctrina:

Michael prefatus, qui super 4 sententiarum libros pulcerrime scripsit. Item, super Ezechiellem, et alios plures Tractatus (11).

---

(1) L. c. I, 14 Godin. Quia Gentilis de Monteflorum iam 1312 oct. 27 obierat, non remanserat tunc cardinalis ex ordine Minorum nisi Fr. Ioh. Minius, cf. nota 3 et supra p. 627 n. 1 et 630 n. 10.

(2) Cf. supra 472, n. 2. Wadd. *Script.* 145, 98², 99³. Sbaralea, *Suppl.* 302; I², 320. (3) Scil. 5 maii huius anni; Chevalier, *Rép.* I, 830-2.

(4) CG 468. Wadd. 1313, n. 3. (5) CG 467 n. 4. Wadd. l. c. n. 1.

(6) Wadd. *Script.* 7, 5², 9³, Sbaral. 10s, I², 11s.

(7) CG 412-5, n. 3. Wadd. 1314, n. 9. Acta SS. Mart. II, 412-4. Golubovich, BTS I, 325. (8) Wald. 1315 n. 1. (9) L. c.

(10) CG, 470. Rodulphius, 240. Wadd. 1316 n. 3. Saltem 1318 fuit magister theologiae, Denifle, ChUP II, 217.

(11) Conf. 332, 339, 524. Wadd. *Script.* 259, 177². Sbaralea, 541, 731. Gudenatz, *Michael von Caesena,* Breslau 1876,

Beltrandus de Turre de Combolito, Caturcensis diocesis, tunc (*a*) Minister Provincie Aquitanie, qui inter ceteros Doctores, Doctor famosus appellatur (*b*), vir in divinis codicibus valde eruditus atque expertus. Scripsit Collationes et Sermones valde prolixos super omnes epistolas et lectiones et prophetias, que in ecclesia leguntur per totum annum. Opus valde prolixum, tria volumina continens. Scripsit etiam super omnia evangelia, tam domenicalia, quam quadragesimalia, que per totum annum in ecclesia leguntur. Qui fuit Archiepiscopus (**35**r:) Salernitanus ac Sancte Romane Ecclesie Cardinalis et Episcopus Tusculanus creatus (1).

Petrus Aureoli, qui inter ceteros doctores, Doctor facundus appellatur, qui duobus annis Parisius cathedram magistralem tenuit, et factus est Archiepiscopus Aquensis. Scripsit super 4 Sententiarum libros. Item, plurima scripta multum profunda. Item, Sermones tam de tempore, quam de Sanctis, per totum annum. Item, Compendium Theologie, elegantissimum in sex libros divisum. Item, duos Tractatus insignes de Conceptione Beate Marie (2).

Franciscus Mayronis, qui inter ceteros Doctores, illuminatus, sive acutus, appellatur. Hic Parisius primus Actum Sorbonicum (*c*) inchoavit. Scripsit subtiliter super 4 libros Sententiarum. Scripsit preterea aliud opus insigne super Primum Sententiarum diversum a priori scripto, et in eo habet singularem prerogativam pre ceteris doctoribus. Scripsit etiam questiones subtiles super Secundum Sententiarum librum, preter suum scriptum principale. Scripsit Sermones de tempore et per totum annum; lecturam super Decretales; multa et diversa de Formalitatibus; commenta brevia et succin[c]ta super multos libros Beati Augustini, videlicet super librum Confessionum, de mirabilibus Sacre Scripture, super Retractationum, super librum diversarum questionum, super librum contra Epistolam fundamenti et super alios plurimos. Item, commentum super Dionisium de mistica theologia. Item, brevia commentaria super aliquos libros beati Anselmi. Scripsit etiam Tractatum insignem et prolixum de paupertate evangelica, et alia quamplurima (3).

Guglelmus Ockam, Anglicus, Doctor singularis appellatus, inceptor dicitur omnium nominalium monarcha. Scripsit super omnes 4 Sententiarum libros. Item, super omnes ferme Aristotilis libros, presertim super Logicam. Scripsit volumen per modum dialogi. Item, multa Quolibeta. Item, Apologiam. Item, opus nonaginta dierum. Item, de Sacramento altaris. Item, Compendium Theologie. Et aliud de erroribus Iohannis XXII (4).

Astesanus de Aste, omni doctrina excellentissimus, utriusque iuris atque Theologie doctor, scripsit Summam copiosissimam atque prolixam in octo libros divisam, que Summa Astensis vocatur (5).

(*a*) Cod. *nunc*. (*b*) Cod. *appellatus*. (*c*) Cod. *Cerbonicum*.

(1) *Conf.* Wadd. *SS.* 60, 64², 45³. Sbaralea, 138ss, I², 145ss. *De illustr.* XLIIv, b.
(2) Wadd. *SS.* 276, 188², 184³s. Sbaral. 584ss. 731. Chevalier *Rép.* I, 386. *Hist. litt. de la France* XXXIII, 479-527. *De ill.* l. c. a.
(3) *Conf.* 338, 544. Wadd. *SS.* 123ss, 84², 85³ss. Sbar. 267ss, 728, I², 283ss. Chevalier II, 3171. *De ill.* l. c. Cf. p. 631 n. 3.
(4) *Conf.* 339, 341, 547. Wadd. 155ss, 106², 106³. Sbaral. 326ss. Chevalier II², 3385s. *De ill.* l. c. (5) *Conf.* 341, 527. Wadd. 42, 30², 33³. Sbaral. 100s. I², 104s. Chevalier I, 350. *De ill.* XLIIIr, b.

Astesanus alter etiam in Theologia Doctor, scripsit super 4 libros Sententiarum, super Apochalipsim et Sermones multos (1).

(**35r**:). Lodovicus de Castilione Aretino, Oxonie clarus, scripsit super Sententias, in materia de paupertate Christi, et Sermones quamplurimos de tempore et de Sanctis (2).

Philippus de Florentia, Ultranensis appellatus in Theologia et philosophia multotiens, et Sermones feriales et festivos per totum annum scripsit, atque tractatum pulcrum de compositione sermonis seu collationis (3).

Iohannes Papa XXII Cardinalem fecit anno Domini **1316** fratrem Bernardum de Monte Favesio, de Castro Novo, Rutheni dioceseos (*a*) diaconum Cardinalem, tituli Sancte Marie de Aquiro (4).

Anno Domini **1317**, Ordinis vero 109, 27 septembris, Parisius inter brachia Magistri Francisci de Maironis, migravit ad celum gloriosus Comes Ariani, Sanctus Elzearius de 3° Ordine (5), cuius corpus eodem anno delatum est ad Proventiam et in Conventu Fratrum Minorum, Apte, honorifice est sepultus.

Eodem quoque anno, die 7 aprilis in Avenione Iohannes XXII cathalago Sanctorum ascripsit Sanctum (*b*) Lodovicum Episcopum Tolosanum (6).

[Tricesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Marsilie anno **1319**, Ordinis vero 112, per fratrem Michaelem de Cesena (7). Et octava die subsequentis mensis novembris, Corpus Sancti Ludovici Episcopi, de loco ubi fuerat sepultum, translatum est supra maius altare, in pretioso sepulchro de argento, presentibus quatuor Cardinalibus et Roberto Rege Sicilie et Sancia Regina, ac regina Francie, ipsius Sancti nepte (8).

Frater Beltrandus de Turre, Provincie Aquitanie Minister, fuit ad Archiepiscopatum Salernitanum assunptus et in sequenti anno fuit ad Cardinalatum (*c*) tituli Sancte Crucis promotus, postea Episcopus Tusculanus factus (9).

Anno Domini **1320** Florentie in monasterio de Monteceli indormivit in Domino sanctissima Soror Helyas de Pulcis, Ordinis Sancte Clare, mulier quidem doctrina et sanctitate ac spiritu prophetico clara (10).

Anno Domini **1321**, 9 aprilis in India et civitate Thana passi sunt sacrum martirium pro fide Christi frater Thomas de Tolentino, frater Iacobus de Padua, frater Petrus de Senis et frater De-

---

(*a*) Cod. diocesim. (*b*) Cod. *sanctus* etc. (*c*) Cod. *cardinalatus*.

---

(1) Esse videtur Ascensius *Conf.* 340, 527, 544. Wadd. 42, 30², 33³; cf. Sbaral. 100s, I², 104, 254. *De ill.* XLIII v. b. (2) Wadd. 164², 162³. Sbaral. 496.
(3) Wadd. 293s, 199²s, 196². Sbaral, 617, 622.
(4) Wadd. 1316, n. 39 contra Mar. recte negavit hunc fuisse card. O. F. M. Eubel, *Hier.* I, 14.
(5) CG 485, *Acta SS.* Sept. VII, 576 ss. obiit an. 1323. BHL I, 378. Chevalier, *Rép.* I, 1315s. (6) CG 471, BHL II, 750s. BF V, 111ss. Chevalier, II, 2898.
(7) CG 473. Wadd. 1319 n. 1.
(8) CG 472, Wadd. l. c. *Acta SS!* Aug. III, 500.
(9) CG 473. Eubel, *Hier.* I, 452: archiep. 1320, sept. 3; l. c. 15: tit. S. Martini in Montibus: 19 vel 20 dec. 1320: l. c.: 1323 ep. Tuscul. Cf. p. 636, n. 1.
(10) Wadd. 1320, n. 2 e Mar; cf. *Bartholi*, 152. Rodulphius, 139v.

metrius Georgianus; quorum sacras reliquias collegit et sepulture tradidit frater Iordanus Ordinis Predicatorum, eorum socius, ac ipsorum passionem descripsit (1).

(**36r**:) Anno **1322** in sacro monte Alverne 10 augusti de ergastulo carnis solutus, sanctissimus Iohannes de Firmio migravit ad celestia regna (2).

Eodem anno, licet 22 aprilis, in Fabriano, Provincie Marchie, migravit ad suum Creatorem frater Franciscus de Fabriano, ibidem honorifice sepultus, doctrina, vita, virtutibus et miraculis clarus (3).

In castro Montislisii, Provincie Burgundie, ab hereticis diversis plagis incesi et interfecti sunt pro defensione catholice fidei frater Cathelanus et frater Petrus Pascali, ubi innumeris claruerunt miraculis (4).

[Tricesimum quintum] Capitulum Generale, celebratum est, anno Domini **1322**, Ordinis vero 114, per fratrem Michaelem de Cesena in Perusio (5). In quo diffinita et determinata est questio nuper orta in curia de paupertate Christi per fratrem Iohannem de Belna Ordinis Predicatorum inquisitorem (6). Quod audiens Dominus Papa, indignatus contra ipsam determinationem et Ordinem insurrexit, ac proinde scandala in dies graviora suborta [sunt et] tribulationes multe in Ordine fuere (7).

[Tricesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1325**, Ordinis vero 118, apud Lugdunum per fratrem Michaelem a Cesena (8), qui postea, recedens a Curia, Italiam peragravit (9).

Anno **1327** dictus Papa per suas litteras personaliter citavit ante suam beatitudinem fratrem Michaelem Generalem (10). Qui cum venisset, et se ita reverenter non habuisset, propter questionem ortam paupertatis Christi, et ita prudenter et viriliter et constanter restitisset in faciem eius, quod ipsa determinatio non erat heretica, sed sana, catholica et fidelis. Ex qua responsione Dominus Papa magis contra ipsum et Ordinem indignatus est (11).

Interim Lodovicus Bavarus, Imperator, Rome existens, contra Vicarium et Ecclesie unitatem barbarice se erexit, ac Papam Iohannem deposuit, et fratrem Petrum de Corbario (12) apostatam Ordinis Minorum, in dedecus et dampnum (*a*) ipsius Ordinis, in Antipapam elegit, ipsum a Romanis, clericis et laycis, faciens ipsum sic[ut] Papam bestialiter adorari. Qui Petrus se fecit appellari Nicholaum V, Cardinales multos et Episcopos diversis locis de facto creans (13). Parvo deinde tempore lapso, conscientia ductus, sponte ivit Advinionem ad

(*a*) Cod. *dedeca et dampno.*

(1) *Catal.* 41 45 CG 474ss. *Conf.* 332s. AF III, 597ss. BHL II, 1294s.
(2) CG 439ss. *Acta SS.* Aug. II, 459ss. BHL I, 650.
(3) *Acta SS.* April. III, 984ss. Wadd. *SS.* 115, 78², 80³, Sbaral. 252, I², 267s.
(4) *Catal.* CG 477s. Eubel, BF V, n. 453s, 485, e quibus bullis apparent iam occisi fuisse 1321. (5) CG 480 falso sub anno; Wadd. 1322, n. 52ss. (VI², 396ss). Eubel, BF V, p. 224s. (6) Loc. cit. Holzapfel, § 14, p. 64 (64) ubi bibliogr. AFH II, 272. (7) Eubel V, 233.
(8) CG 487. Wadd. 1325 n. 6. (9) AF III, 480, 487. BF V, 341, 347s.
(10) BF V, n. 667. (11) Cf. CG 481. BF V, 341.
(12) K. Eubel, *Der Gegenpapst Nicol. V und seine Hierarchie* ap. *Historisch. Jahrbuch,* XII, München 1891, 277ss. (13) Idem, BF V, p. 353s.

Dominum Papam, recognoscens suum errorem, quem Dominus Papa gratanter recepit cum honore. At ipse coram Papa et toto concistorio humiliter recognovit culpam suam (**36**v:) et benigne fuit receptus, et in camera curialiter detentus, biennio supervixit, et in pace quievit (1).

[Tricesinum septimum] Capitulum Generale celebratum est Bononie anno **1328** et Ordinis 121, per fratrem Beltrandum Cardinalem Ostiensem (2). Dominus autem Papa non permisit ad Capitulum fratrem Michaelem accedere, quia nolebat immutare statum Ordinis et revocare litteras determinatorias Capituli Perusini. Sed misit ad Capitulum suas litteras, intimans suam voluntatem (3). Quibus perlectis in Capitulo, prefato Domino Beltrando, legato apostolico presente (4), Patres ad electionem procedentes, eumdem fratrem. Michaelem in Generalem elegerunt, non obstantibus litteris Domini Pape et Cardinalis persuasionibus, nescientes, ut dicebant, propter quod deberent ipsum deponere. Et eletionem ei Avinionem miserunt (5).

Frater Michael in Avinione existens et nesciens an esset depositus vel reelectus, timore humano ductus, existimans sibi periculum mortis imminere, clam recessit de curia et ab obedientia Domini Pape, et venit Pisas, ubi tunc frater Petrus antipapa cum sua curia residebat cum Lodovico Imperatore (6). Et ibi nomine suo et vice omnium Fratrum sibi adherere volentium in scriptis solempniter appellationem suam pubblicavit, ad hostium Ecclesie Cathedralis appendit, appellans ad Sanctam Ecclesiam Catholicam et ad Generale Concilium (7). Interim venerunt Fratres a Capitulo Bononiensi ei litteras de sua reelectione portantes Avinionem. Quod cum Dominus Papa audisset, valde turbatus est: sed veniente appellatione fratris Michaelis magis indignatur, et ipsum excommunicatum et contumacem et depositum ab omni officio declaravit (8), et Dominum Beltrandum Cardinalem in Generalem Vicarium instituit (9), et Extravagantem edidit, que incipit: *Quia vir reprobus* (10).

Frater autem Michael contra ipsum Pontificem et suas decretales scripsit plurima, in quibus ostendit et probat et declarat ipsum Dominum Papam in plurimas hereses incidisse (11): ex quibus valde indignatus et accensus fuit Dominus Papa, tam contra Religionem, quam contra fratrem Michaelem, cui plurimi ad[h]eserunt, et inter alios Fratres in mundo famosi Doctores fuerunt:

Iohannes de Ianduno (12), Berengarius Pisanus (13), Bonagratia de Bergamo (14), Hemricus de Thalem (15) et Marsilius de Padua (16). Qui omnes fugientes faciem Domini Pape, in Bavaria cum Imperatore abierunt, predicantes ipsum Papam Iohannem non verum esse Papam, (**37**r:) sed hereticum, unde multi tam clerici, quam

---

(1) L. c. n. 843, 854, 859ss, 875. Antipapa obiit 16 oct. 1333.
(2) CG 487. BF V, 341s, n. 706. Wadd. 1328, n. 16s; non erat tamen « *Frater* » Bertrandus, sed Bertrandus de Poietto, ep. Ostien.
(3) Cf. bull. cit. (4) BF l. c. 342s. Wadd. l. c. n. 16.
(5) Wadd. l. c. n. 16. BF V, p. 390 nota. (6) BF l. c. cf. p. 347s.
(7) BF V, p. 347s, 410s; cf. 426ss. (8) BF V, 346s. (6 iun. 1328).
(9) L. c. 349s; i. e. Bertrandum de Turre O. F. M. (13 iun. 1328) cf. supra 636, n. 1. (10) BF V, 408ss, n. 820. (11) Cf. nota 3.
(12) Chevalier, II, 2426. *Hist. litt. de la France*, XXXIII, Paris 1906, 528-623. Non erat Frater Minor. (13) Wadd. 1328, n. 19.
(14) Sbaralea, *Suppl.* 141, 726; I² 147.
(15) L. c. 336, I², 355s. (16) Chevalier, II, 3094. *Hist. litt.* l. c.

Religiosi, principes et nobiles, precipue in terris Gibellinorum, eis adheserunt, quapropter hec causa maioris tribulationis Ordinis fuit (1). Plurimi enim capti et inquisiti, ostinati in sua oppinione inventi, fuerunt diversis penis in carceribus afflicti et occisi; quamplures etiam diversis penitentiis post publicas confessiones ad Ordinem redierunt. Inter quos fuit Frater Franciscus de Esculo (2).

Articulus autem pro quo orta est hec tempestas, est quod Ordo asserebat Christum et Apostolos viam perfectionis sequentes nihil habuisse iure proprietatis et dominii in speciali nec etiam in communi. Hunc articulum diffinierunt et determinarunt Patres in Capitulo non esse hereticum, sed sanum et catholicum et fidelem, et quod talis abdicatio propter Deum meritoria est et sancta (3).

[Tricesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Parisius anno **1329** et Ordinis 122, per fratrem Beltrandum Cardinalem et Vicarium Ordinis, in quo fuerunt quasi de toto Ordine eruditissimi Magistri, qui cum toto studio Parisino Papam Iohannem fuisse catholicum et fratrem Micha[ę]lem Generalem tamquam hereticum iuste fuisse depositum determinarunt (4). Et tunc vocarunt in decimum octavum Generalem fratrem Gerardum Odonis (5), sub quo sedata fuit questio a fratre Michaele orta.

Formam caputii, quam Beatus Franciscus portavit et tradidit Ordini, Dominus Papa removit, ac tradidit illam, qua modo utitur Ordo, et hoc, ut Fratres Ordinis di[f]ferant inter illos rebelles supradictos (6).

Frater Odoricus de Foro Iulio, vir sanctissimus ac miraculis luminosus, 14 ianuarii, anno Domini **1331**, obdormivit in Domino (7). Quem Patriarcha Aquileie in suo Patriarcato (*sic*) in cathalago Sanctorum ascripsit. Hic in 16 annis, quibus moratus est in partibus meridionali[bu]s et orientis multa miracula vidit, ac viginti milia infideles baptizans, fidei catholice subiugavit. Unde in Italiam reversus, per obedientiam librum de Mirabilibus mundi intitulatum scripsit.

[Tricesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Perpiniani, licet debuisset celebrari in Assisio, per fratrem Gerardum Odonem, anno **1331**, Ordinis vero 124 (8). In quo Generalis cum pluribus aliis voluit totis viribus et conatus est, quod illum punctum Regule de non recipiendo pecunia[m], auctoritate apostolica penitus tolleretur, propter scandala orta in Ordine. Cui Fratres minime acquiescere voluerunt.

(**137**v:) Anno **1332** Generalis ad requisitionem Zacharie Patriarche Armeniorum misit in Armeniam Minorem multos Fratres ad

---

(1) Cf. Eubel, BF V, s. v. p. XLI n. 2, 3.

(2) Wadd. *Script.* 112, 83[2], 77[3], Sbaral. 243, I[2], 257 s.

(3) In epistola Capituli glis Perusini; supra 638, n. 6.

(4) CG 488ss. Wadd. 1329 n. 1ss. BF V, p. 384ss. AFH II, 163.

(5) LL. cc. AFH II, 271s, BFV, 389 ss.

(6) Sic explicare videtur prohibitionem curiositatis habituum Spiritualium (Fraticellorum), a Iohanne XXII factam bulla: *Quorumdam exigit*, 1317, oct. 7. BF V, 128s, 130.

(7) CG 499-504, *Conf.* 274, 525. H. Cordier, *Les voyages en Asie au XIV^e siècle du Bx. F. Odoric de Pordenone*, Paris 1891. Teof. Domenichelli, *Sopra la vita e i viaggi del B. Od. d. P.* Prato 1881. Wadd. *Script.* 270, 184[2], 181[3]. Sbaralea, 330, 569. BHL II, 911-3.

(8) CG 504 AFH II, 269-92, 412-430, 600-10.

convertendos sibi subditos Armenos et alios infideles (1). Qui ibidem multos ad unitatem Sancte Romane Ecclesie reduxerunt, et multos alios baptizaverunt.

Frater Gratia Arnaldi, pergens Armeniam, Constantinopolim adhesit Imperatrici Grecorum latine, de domo Sabaundie; virum suum Imperatorem ad veram fidem et unitatem Ecclesie [reduxit]. Qui ipsum fratrem Gratiam remisit ad Dominum Papam, supplicando, ut sibi doctores catholicos micteret, ad suum populum convertendum (2). Pontifex autem summus tunc elegit ad hoc opus fratrem Gerardum Generalem. Sed interveniente morte Domini Pape et electione Benedicti XII, ipse Benedictus legationem ipsam revocavit.

In civitate Sarai, Vicarie Orientis, imperii magni Regis Osbeth, Imperatoris (*a*) Tartarorum, celebre martirium passus est frater Stephanus de Harodin Ungarus, die 22 aprilis, anno **1334** (3).

In Salamastro, Vicaria Aquilonari, etiam frater Guglelmus de Anglia pro predicatione nominis Christi, in confessione vere fidei a Sarracenis multis vulneribus crudeliter fuit occisus (4).

Frater Iohannes de Vallibus (5) sanctitate fulgebat, in Provincia Sancti Francisci precipuus zelator observantie regularis, qui a Ministro Generali obtinuit asperrimum locum de Pisquia, milliario 7 super Fulgineum (6), ubi cum Fratribus sibi adherentibus in pura et simplici seu litterali observantia Regule vixit in magna perfectione usque ad mortem, et ibidem sepultus assiduis refulsit miraculis. Ab isto enim fratre Iohanne propagata est, aut originem habuit, familia regularis observantie (7).

(Continuabitur).

Directio Periodici.

(*a*) Cod. *Imperatorem.*

---

(1) CG 506, Wadd. 1332, n. 1. Marc. da Civezza, *Storia d. Miss.* III, 390ss, 535ss.

(2) Wadd. 1333, n. 19.

(3) *Catal.* 41, 46. CG 515-24. *Conf.* 333-4. Wadd. 1334, n. 6ss.

(4) CG 524. Wadd. 1334 n. 19.

(5) *Conf.* 242, (240, 510). Wadd. 1334 n. 24 e Mar. B. Bernardinus Aquilanus, *Chronica Fratr. Min. Obs.* ed. L. Lemmens, Romae 1902, 6ss. Gubernat. II, 1ss.

(6) Pist(r)iae, i. e. S. Bartholomaei de Bruliano. Bern. Aquil. 8.

(7) Holzapfel, 91ss (81s). § 18.

CLERICS LIBRARY
THEOLOGIANS
O. F. M.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno 1334 et Ordinis 127, Tholose obiit sancte memorie frater Michael Magothi, laycus, vir vite admirande et miraculis gloriosus (2).

In Provincia Aquitanie etiam santitate et miraculis fulgebant, videlicet: frater Riccardus, cuius corpus habetur in loco de Aureliaco (3), et frater Guglelmus, qui in Sancto Affricano migravit ad Dominum (4).

Verum etiam plurimi scientia et doctrina clarebant, videlicet:

Gerardus Odonis nunc (!) Generalis Minister, qui inter ceteros doctores Doctor moralis appellatur. Hic scripsit super 4 Sententiarum libros. Item, super omnes fere (38r:) libros Aristotilis. Item, copiose super omnem philosophiam moralem. Item, tam vetus quam novum Testamentum pro magna parte postillavit. Scripsit etiam librum de figuris. Item, Sermones de tempore et de Sanctis. Item, composuit officium Stigmatum Beati Francisci. Qui tandem Archiepiscopus Cathaniensis et Patriarcha Antiochenus factus est (5).

Gerardus alter, Burgundus, Doctor Theologus, in Teologia et philosophia et logica scripsit (6).

Fortanerius vel Certorius Vuallensis, verbo et opere facundus, scripsit super Sententias, et super quamplures libros tam veteri[s] quam novi Testamenti. Item, copiose scripsit super 22 libros Sancti Augustini de Civitate Dei. Hic fuit Generalis Ordinis electus, deinde Ravennas Archiepiscopus ordinatus: postéa ad Patriarchatum Gra⟨n⟩densem assumptus, postremo Sancte Romane Ecclesie per Innocentium factus [Cardinalis] (7).

Guglelmus Farinerius etiam de Aquitania, in Theologia et philosophia plurimum scripsit et librum de mutuativa negotiatione. Qui et Generalis Ordinis et Sancte Romane Ecclesie Cardinalis fuit (8).

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41.

(2) CG 524-7. Wadd. 1334, n. 20-3 e Mar.

(3) *Catal.* 30. *Conf.* 308, 538. « Rigaldus ». Wadd. 1334, n. 24.

(4) *Catal.* 30. *Conf.* ll. cc. Wadd. l. c.

(5) Cf. AFH II, 271s. 640, not. 8 Wadd. 145, 99², 99³. Sbaralea, 306, I², 324s. Gubernat. I, 151-8.

(6) *Conf.* 341. Wadd. ll. cc. Sbaralea, ll. cc.

(7) Vasalli; archiep. Rav. 1347, oct. 24 — 20 mai. 1350, quo die Patr. Gradens; cardinalis 1361, sept. 17. Eubel, *Hier.* I, 436, 276, 19; obiit Paduae exeunte oct. 1361. CG 538 ss; *Conf.* 339, 346, 538. Wadd. 110, 75³, 76². Sbaralea 239, I², 253.

(8) Tituli ss. Marcellini et Petri; obiit Avinione 17 iun. 1361; Eubel, I. 19. CG 544 ss, *Conf.* ll. cc. Wadd. 152, 104², 104³. Sbaralea, 820, I², 338.

Iohannes de Bucho, Aquitanichus, in Theologia et sacris Litteris scripsit, et Generalis Ordinis fuit (1).

Franciscus de Fabrica Tholosanus, vita, scientia et predicatione et scriptis plurimum famosus in partibus Ausitanis (2).

Guglelmus de Podio Castri Novi de eadem Provincia, singularis predicator et doctor ad populum et clerum extitit (*a*) suo tempore (3).

Iohannes de Miralbello etiam Aquitanicus, scripsit in Theologia et sermones multos (4).

Gotfridus de Fontibus, qui Doctor venerandus appellatur, Custos Parisiensis, scripsit solempniter super 4 Sententiarum libros, et pre ceteris doctoribus multa Quotlibeta (5).

Alexander de Saxonia, magnus theologus, Doctor illibatus nominatus, scripsit multum profunde super Sententias (6).

Petrus de Insula, qui Doctor notabilis dicitur, solempniter scripsit super 4 Sententiarum libros (7).

Petrus Thome, qui inter ceteros Doctor strenuus appellatur, super 4 libros Sententiarum scripsit eleganter. Item, super multos Aristotelis libros et questiones de formalitatibus (8).

(38v:) Landulphus de Neapolim, Doctor collectivus appellatur. Scripsit luculenter super 4 libros Sententiarum. Item, super 4 Evangelistas, et super epistolas ad hebreos et super Zacharia[m] et multa Quotlibeta, et Sermones multos, tam de tempore quam de Sanctis per totum annum. In predicatione fuit egregius. Archiepiscopus Malphie (9).

Petrus de Aquila, qui Scotellus nominatur. Scripsit egregie super 4^{or} Sententiarum libros. Item, scripsit preterea aliud opus etiam super Magistrum Sententiarum diversum a priori, quod Defensorium Scoti appellari potest. Scripsit etiam super multos Aristotilis libros (10).

Iacobus de Esculo, qui inter Doctores, Doctor profundus nominatur. Scripsit super 4^{or} Sententiarum libros, et plurima Quotlibeta valde profunda, et tabulam super doctrinam Iohannis Scoti (11).

Franciscus de Esculo, qui inter Doctores, Doctor succinctus dicitur, scripsit notabile opus super 4^{or} libros Petri Lombardi. Item, Reportatoria super eosdem et multa alia (12).

(*a*) Cod. *estitis*.

---

(1) CG 552. *Conf.* 538. *Memor. Ord.* ap. *Firm.*^{1} f. XXXIII v. Wadd. 1357, n. 1s. infra p. 303, not. 6; 304, not. 1.

(2) *Conf.* 537. Sbaralea, 252, I^{2}, 268. (3) *Conf.* 537. Wadd. 1334, n. 25.

(4) *Conf.* 542. Wadd. l. c. *Script.* 215, 147^{2}, 145^{3}. Sbaralea, 442.

(5) *De illustr.* f. XLIII r. Wadd. 143, 97^{2}, 98^{3}. Sbaral. 297 s, I^{2}, 315; de quo magna confusio habetur ap. auctores et qui a Mar. confunditur cum God. de Font. saeculari; obiit c. 1304. De Wulf, *Études sur la vie, les œuvres et l'influence de Godefroid de Fontaines*, Louvain 1904. De Wulf et A. Pelzer, *Les 4 premiers quodlibets de G. de F.*, ibid. 1904; (Les Philosophes Belges, t. II).

(6) *De illustr.* l. c. Wadd. 7, 5^{2}, 9^{3}. Sbaralea, 10, I^{2}, 10.

(7) *De illustr.* l. c. Wadd. 284, 193^{2}, 190^{3}. Sbaralea, 595.

(8) *De illustr.* f. XLIII r. Wadd. 197^{2}, 194^{3}. Sbaralea, 610.

(9) *Conf.* 339, 529, *De illustr.*, XLII v. Wadd. 235 s, 160^{2} s, 158^{3}. Sbaralea 483, arch. Amalfitan. 1331-55; Eubel, *Hier.*, I, 84.

(10) *Conf.* 338, 511. *De ill.*, XLIII r, Wadd. 275, 187^{2}, 184^{3}. Sbaralea, 583.

(11) *Conf.* 338, 511. *De ill.*, l. c. Sbaralea, 365.

(12) *Conf.* 338, 511, 544. *De ill.*, l. c. r. b. Cf. AFH II, 640. n. 2. Idem videtur cum sequenti (Rubeo Asculano), cf. *Conf.* 511.

Franciscus de Marchia, qui Doctor prefulgidus appellatur. Scripsit super eosdem 4^or^ Sententiarum libros et super omnes ferme Aristotilis libros. Scripsit etiam super 4 Evangelistarum (1).

Petrus de Acciaiolis, Florentinus, in Theologia doctor, per Franciam et Italiam famosus Lector, et verbi Dei sator (2).

Iacobus de Tundo, Senensis, in e[a]dem facultate doctus, nonnulla opuscula edidit (3).

Franciscus Bartholi de Assisio, theologus magnus, multa scripsit et etiam Sermones tam feriales quam festivos per totum annum, et Librum de Indulgentia Sancte Marie de Angelis (4).

[Quadragesimum] Capitulum Generale celebratum est in Assisio, anno **1334** et Ordinis 127, per fratrem Gerardum Generalem (5).

Anno **1335** Iohannes papa XXII, etatis sue anno nonagesimo mortuus est, et quia in publico consistorio fecerat quemdam sermonem, in quo quedam verba dixerat (**39r**:) contra statum Fratrum Minorum, que sapiebant heresim, errorem dictorum suorum ante mortem revocavit et etiam omnia que fecerat contra omnes Romanos Pontifices predecessores suos, et precipue circha statum Fratrum Minorum (6).

[Quadragesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Cathurcii, Provincie Aquitanie, anno Domini **1337**, Ordinis vero 130, per fratrem Gerardum (7).

[Quadragesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Assisii, anno Domini **1340** et Ordinis 133 per eundem fratrem Gerardum (8). Qui post Capitulum dum pergeret per Sclavoniam ad Provinciam Hungarie, transivit per Bosnam et zelo fidei succensus, adcessit ad Banam, principem Bosne hereticum, et ipsum ad fidem convertit et reduxit ad Ecclesie unitatem. Deinde multos Fratres illuc ad predicandum hereticis Bosnensibus de diversis partibus Ordinis destinavit. Qui ibidem multos ad Christi fidem converterunt, et multas Ecclesias erexerunt, et diversis captis locis, facta est Vicaria 7 Custodias continens, que Bosnensis appellatur (9).

Eodem quoque anno in Persia, civitate Toringie, pro fidei veritate martirii coronam adeptus est frater Gentilis de Matelica, cuius corpus Venetiis translatum est (10).

---

(1) *De ill.*, l. c. r. a. *Conf.* 338, 511, 544. Wadd. *Script.*, 122, 76[2], 77[3]. Sbaral. *Suppl.* 242, I[2], 257s.

(2) Wadd. 1328 n. 22 e Mar. Terrinca, ThEM, 410. Sbaralea, 580.

(3) Sbaralea, 377, 379. Wadd. 1285, n. 6.

(4) Cf. *Bartholi*, ed. P. Sabatier, Paris 1900, XCVIIss. Wadd. 114, 772[2], 78[3]. Sbaral. 245, I[2], 260.

(5) CG 527. Glassb. 161. Wadd. 1324, n. 28ss. Rodulphius, 240. ChHLeg. I, 46. Gubernat. III, 26.

(6) Exaggerat ultimo in puncto revocationis Papae tenorem; obiit vero 1334, die 4 dec. Raynald. 1334, a. 27ss. 41ss.

(7) CG 528. Glassb. 177s. Wadd. 1337. n. 2. ChHLeg. I, 46-63 ubi Constitutiones, quae et BF VI, 25-42 et Gubernat. III, 27-47.

(8) CG l. c. ChHLeg. I, 63. AFH III, 169.

(9) BF VI, n. 65, 120, 273, 485s, p. 74s. Wadd. 1340 n. 6ss. Civezza, *Stor. Miss.*, III, 561ss. Custodias 7 habes ap. Eubel, *Prov.* 75s.; Wadd. 1505, (XV[2], 337).

(10) *Conf.* 274s, 556. Wadd. 1340, n. 17. Cf. *Catal.* 17, not. b.

Anno **1341** (1) Benedictus Papa XII ad supplicationem magni Imperatoris Tartarorum misit ad eum, causa predicandi populo suo fidem catholicam, fratrem Niccolaum Bonatum, Sacre Theologie Magistrum (2), et fratrem Iohannem de Florentia (3). Sed frater Niccolaus certis ex causis ad Curiam reversus (*sic*) frater Iohannes cum aliis Fratribus suam legationem complevit. Et dum fuit prope Amalech, Imperator in venatione venenatus interiit. Cui successit quidam Saracenus, qui primam crudelitatem in Christianos ostendens, ferali edicto precepit quod omnes christiani occidere[n]tur, nisi vellent effici Saraceni; et tunc fuerunt capti omnes Fratres de Conventu Amalech, videlicet Dominus et frater Ricchardus Burgundus, episcopus Amalech, frater Franciscus et frater Raymundus, uterque de Alexandria, frater Paschalis Hispanus, omnes sacerdotes, et frater Petrus, Provincialis, et frater Laurentius de Alexandria, ambo layci, et frater Iohannes de India, de 3 Ordine. Qui omnes multipliciter examinati in confessione vere fidei crudeliter fuerunt occisi, circha festum (**39**v:) sancti Iohannis Baptiste, anno **1342**. Ex quibus frater Iohannes supradictus nullum fructum fecit. Unde recedens de Amalech et transiens per multas terras et patrias, a Regina Sabba et aliis orientis Principibus multis tanquam magni Domini nuntius cum honore fuit receptus. Tandem intrans latissimum Imperium magni Cani, ab ipso maximo Imperatore honorifice receptus, tantam gratiam invenit, in conspectu eius, ut sibi et fratribus Minoribus dedit generalem licentiam per totum suum imperium predicandi. Et tunc frater Iohannes, portans sacram crucem in manu, hinc inde cum fratribus predicans, multos ad fidem Christi convertit, multasque ecclesias erexit, et nomen Christi dif[f]use et intrepide predicavit.

In ducatu Livonie et villa, que Vilni castro dicitur, Provincie Bohemie, ab idolatris interfecti sunt, pro predicatione nominis Christi, frater Ulricus de Alechiniucz et frater Martinus de Alid, anno Domini **1342** (4).

Eodem anno **1342** Robertus, rex Sicilie et Hierusalem, germanus Sancti Lodovici Episcopi, in ultimam incidens infirmitatem, adimplere optans ad minus in morte, illud quod ex consilio aliquorum adimplere non valuit, dum in sanitate vivebat, videlicet de intrare in Ordinem Fratrum Minorum, Ministrum Provincie Terre Laboris vocavit, et sibi dari habitum Ordinis postulavit. Quem cum devotione per 8 dies ante obitum suum recepit et professionem fecit in eius manibus, et tandem 8 diebus transactis, ut Frater Minor decessit et sepultus est (5).

---

(1) Iam anno 1338 missi sunt, Wadd. an. 1338, n. 1-16 et 1340 n. 1-6 et quidem non duo sed quatuor O. M. missi fuerunt; Eubel, BF VI, p. 58-66, 77-80.

(2) Boneti; Wadd. 1338, n. 11. Wadd. *Script.* 263, 179[2], 177[3]; Sbaral. *Suppl.* 552-3. Civezza, *Miss.* III, 611ss.

(3) CG 530-5. Ioh. de Marignollis de Florentia, *Chronic. Bohemorum*, ap. *Fontes rer. Bohem.*, III, 492ss. Cf. Marc. da Civezza, *Saggio di bibl. sanfranc.* Prato 1879, 374. *Conf.* 334-5. Eubel, BF VII, 60 not. Civezza, *Saggio*, 372, 374. Wadd. an. 1342 n. 11. Sbaralea; *Suppl.* 436s. 441, 729. Rodolphius, 241-3.

(4) CG 535-6. *Conf.* 334, ubi Livonia non *provincia* sed *vicina* aliquantulum rectius dicitur; obierunt Wilnae. Wadd. an. 1342 n. 12. Civezza, *Miss.* III, 331ss.

(5) *Conf.* 291, 347, 529. Wadd. an. 1342 n. 17 et 1343 n. 14ss. (VII[2], 260, 295s.); Rodulphius, 214. Obiit vero 19 ian. 1343. Sbaralea, *Suppl.*, 640. CG 537.

Federicus, Rex Trinacrie sive Sicilie, de domo Aragonum, hac quoque tempestate habitum Ordinis per Ministrum Sicilie induit, nec procerum dictis ab hoc potuit divelli proposito, et cum ipso decessit et sepultus fuit in Conventu Messine (1).

Non solum isti, verum et alii plurimi reges habitum Ordinis induerunt diversis temporibus, videlicet: Alphonsus, Petrus et Fernandus, qui his temporibus regnabant, omnes tres reges, scilicet avus, filius et nepos, cum habitu recedere voluerunt et sepelliri (2).

Iohannes, germanus regis Navarre, et primogenitus Regis Castelle (3), viventes habitum induerunt, et cum ipso in ecclesia cathedrali Toleti sepulti sunt.

(40r:) Sancia Regina, post obitum clare memorie sereníssimi Roberti iam dicti, omnibus bonis suis pauperibus distributis, anno **1343**, in monasterio Sancte Crucis de Neapoli, sub prima et arctiori Regula Sancte Clare ingressa est, in quo per biennium sanctissime vixit (4).

Plurime alie sanctissime et illustrissime Domine fuerunt in isto Ordine Sancte Clare. In monasterio de Parisius claruit Soror Iohanna, germana Regis Navarre (5). In monasterio de Messina, insula Sicilie, fuerunt due filie Regis Petri (6). Elionora regina Portugallie, intravit monasterium Sancte Clare, in regno Castelle (7).

Helisabeth, regina Ungarie, defuncto Carulo rege, viro suo, anno superius expresso **1342**, patenter suscepit et portavit habitum tertii Ordinis. Hec mulier, filia Ladislai regis Pollonie, et mater Lodovici regis Ungarie, sanctissime vixit (8).

Blancha, item Regina Cathalonie, sub habitu et Regula tertia Domino famulavit (9). Maria, item regina, uxor Alphonsi regis Aragonum, habitum sumpsit tertii Ordinis (10).

Iohanna de domo Sabaundie, imperatrix Grecorum, mortuo viro (*a*) suo imperatore, habitum induit tertii Ordinis. Que cum filio suo, anno supradicto **1343**, misit fratrem Manentem vicarium orientalem ad Dominum Papam, Benedictum XII, cum litteris supplicatoriis, ut ipse illuc micteret doctores catholicos ad súum populum convertendum (11).

Dominicus de Barta, Provincie Aquitanie Minister, anno iam dicto ex hac vita migravit; qui in Sacra Theologia eruditus, 30 annis continuis super Sententias legit et scripsit, et gratam póstillam super Apocalipsim fecit, et alia plurima dictavit (12).

(*a*) Cod. *vero*.

---

(1) *Conf.* 348; Fridericus II, obiit 25 iun. 1337. Wadd. an. 1338 n. 18.

(2) *Conf.* 348, 535; Alph. IV ob. 1357; Petr. I 1367; Ferd. I 1383, reges Portugalliae. *De illustr.: Firm.*[1] f. XLIv.a, ibi et alii. Cf. p. 302 n. 3.

(3) Hic *Conf.* 349, l. 13-5.

(4) *Conf.* 359. CG 359s. Glassb. 182. Wadd. an. 1344 n. 10. *De illustr.* XLIr. a-b, ubi et aliae.

(5) *Conf.* 360. (6) *Conf.* l. c. (7) *Conf.* l. c.

(8) *Conf.* 362; 360 not. 4. Wadd. an. 1342 n. 16.

(9) Wadd. an. 1361, *Suppl.* n. 1; cf. 1354 n. 12.

(10) *De illustr.* l. c. b.

(11) Wadd. 1349, *Suppl.* n. 2; cf. 1343 n. 1.

(12) CG 505, 537. Glassb. 181. Wadd. *Script.* 103, 70[2], 72[3]. Sbaralea, *Suppl.* 221; I[2], 235.

Pastor de Proventia, predicator excellentissimus, in Theologia et sacra Scriptura multa edidit, qui Archiepiscopus Ebrodonensis, deinde tituli sanctorum Sergii et Bachi Cardinalis factus (1).

(40v:) Alvarus hispanus, Doctor utriusque iuris nec non sacre pagine professor, scripsit super 4^or^ Sententiarum libros, et volumen magnum De planctu Ecclesie clericis et Religiosis valde utile. Scripsit etiam Speculum Regum, et quamdam Apologiam. Qui fuit Penitentiarius Domini Pape, deinde Silvenensis et Coronensis Episcopus, deinde Sancte Romane Ecclesie Cardinalis (2).

Iohannes Ocham, Anglicus, inter alia, Directorium iuris opus magnum (*a*), scripsit (3).

Iohannes alter, theologus et utriusque iuris Doctor, Summam, que dicitur Iohannina⟨m⟩, fecit (4).

Hereneus super Sententias et plurima Quotlibeta scripsit (5).

Henricus de Huda super Sententias edidit (6).

Rodulphus de Bribaco librum de itineribus eternitatis composuit (7).

Iohannes Borroe (8), Hugo Bilionis (9) et Rogerius Canoch (10), omnes supradicti natione Anglici, et magistri Parisini, plura in Theologicha facultate et Sacra Scriptura ediderunt, plurimum Ordinem illustrantes.

Durandus de Francia, utriusque iuris peritissimus, Summam confessorum edidit a Iohannina diversa[m] (11).

Iohannes de Saxonia utriusque iuris peritissimus, scripsit laudabiliter Summam iuris et Sermonum (*b*) tam de tempore quam de Sanctis per totum annum (12).

Petrus de Saxonia inter cetera scripsit Summam penitentium (*c*) ad casus conscientie et etiam ad forum contentiosum (13).

(*a*) Cod. *magnus*. (*b*) Cod. *sermonem*. (*c*) Cod. *penitentem*.

---

(1) De Sarrescuderio, creatur card. 1350; obiit 1356, Eubel, *Hier.* I, 18. BF VI, n. 15, 51, 72, 75s., 105, 201, 401, 436, 510, 560, 783. CG 546, *Conf.* 338, 346, 541. ChUP II, 403. Wadd. *Script.* 272, 185. Sbar. *Suppl.* 573. Cf. 302 n. 6.

(2) Non fuit card. erat ep. Coronen. 1332, iun. 16 — 1333 iun. 9; dein Silvens., ubi obiit 1352 ian. 25 Eubel, *Hier.* I, 15, 220, 476; BF, V, p. 617, n. 778, 962, 985, 1023. CG 460, 505. Wadd. *Script.* 15, 10^2^, 14^3^. *Suppl.* 30, I^2^, 31-2. *Rép.* I^2^, 173. Hurter, *Ncl.* II, 626. (3) Wadd. *Script.* 216, 147^2^, 146^3^. Sbaral. 445.

(4) Ex *Conf.* 341, l. 21 et 26. Wadd. 204, 139^2^, 138^3^. Sbaral. 515-7, 461. *De illustr.* fol. XLIIIr. b. Cf. infra n. 13 et 14. Ex uno tres effecti videntur. Summa Iohannina videtur potius esse Ioh. Friburgensis, O. Praed.; Quetif-Echard, *Script. O. FF. Praed.*, Parisiis 1719, I, 523-6. Hauréau, ap. *Hist. litt. de la France*, XXVIII, ibid. 1881, 262-72. Schulte, *Geschichte der Quellen d. Kan. Rechts*, Stuttgart 1877, II, 419-28. Hurter, *Ncl.* II, 364, 515.

(5) Sbaralea, 475, (cf. 660 a quo ideo diversus).

(6) Wadd. 165, 113^2^, 113^3^. Sbaralea, 338; I^2^ 358 de Buda (?).

(7) Wadd. 309, 210^2^, 206^3^. Sbaral. 641.

(8) De Berwick, Beroyco, Little, 159s. Wadd. 198, 132^2^, 131^3^. Sbaral. 395.

(9) I. e. Hugo Bilovius Aycelini. (Seguin, de Billo etc.); sed erat gallus, card. O. Praed. Sbaral. 359; I^2^, 381. Eubel, *Hier.* I, 10 (obiit 1298).

(10) Est Rog. Conwayus (Conroe) *Conf.* 547; Wadd. 312, 212^2^, 208^3^. Sbaral. 646s. Little, 239s.

(11) Campanus; *Conf.* 341, 545. Wadd. 104, 70^2^, 72^3^; Sbaral. 225. *Hist. litt.* XXX, 32ss.

(12) Wadd. 226, 154^2^, 152^3^. Sbaral. 415-7, 461. *De illustr.* l. c. Hurter, *Ncl.* II, 469. *Conf.* 340. (13) Wadd. 289, 197^2^, 193^3^; Sbaral. 608.

Iohannes alter Erfordie de Saxonia claruit, qui super 4 Sententiarum libros scripsit, et Summam copiosissimam de casibus, et aliam Summam confessorum et tabulam Iuris (1).

Iacobus de Laude, Lombardus, aliam Summam composuit (2).

Franciscus de Aqua P[u]trida, Beneventanus, qui conclusiones librorum prophetie et librum, qui Diadema philosophorum appellatur, scripsit (3).

Iohannes de Noto, Sicilianus, in Theologica facultate optime scripsit, et alia plurima (4).

(41r:) Manfredus de Terdona, doctrina pariter et predicatione clarus, inter alia librum [scripsit], qui Polilogium vocatur Sacre Scripture, opus quidem magnum, in quo eiusdem Sacre Scripture vocabula exponit (5).

Herincus de Monte Iardino, predicator egregius, quadragesimalia plura peregit, et super Iohannem luculenter scripsit (6).

Iacobus Berincus de Alba, qui per conclusiones et questiones philosophie libros compilavit et Regi Roberto direxit (7).

Franciscus de Abbate (8), Iohannes de Monte Casale (9), Iohannes Gervasii (10), Sinibaldus de Fighino (11), Iohannes de Scopeto (12), Leonardus de Monte Politiano (13), Bartholomeus Aromatarius (14), hii omnes Sacre Theologie magistri et predicatores famosi, sermonales et alia opera ediderunt.

Anno Domini **1343**, die vero 29 decembris, in civitate Panormi, regni Sicilie, migravit ad Christum sanctissimus frater Gerardus laycus de Valentia Lombardie (15). Qui miris virtutum privilegiis adornatus, stupendis meruit clarere miraculis, in vita pariter et in morte. In qua quidem Provincia alii quamplures, sicut et in aliis Provinciis, plurimi clarebant sanctitate, videlicet:

Simon Aymonis in Messina requiescit, clarus signis et miraculis in vita et post mortem (16). Electus ibidem multis miraculis corruscavit (17). Riccardus, in Calatagorno humatus, multo[s] a diversis infirmitatibus liberavit (18). Iohannes Bura in Panormo iacet multis miraculis preclarus (19). Gerardus alter, laycus, qui in Gaeta sepultus est, etiam miraculis luminosus mundo apparuit (20).

---

(1) Wadd. 204, 139², 138³. Sbaral. 415-7. Cf. p. 299, n. 4 et 12.
(2) Wadd. 183, 125², 124³. Sbar. 371.
(3) Spineti. *Conf.* 529. Wadd. 111, 76², 77³. Sbar. 242, 286; I², 259,302s.
(4) Ricca. Wadd. 216, 147², 146³. Sbar. 454.
(5) Salimbene, *Chron.* 209, (403), cui coaevus erat (c. 1250). Wadd. 246, 168², 166³. Sbar. 507, 731.
(6) *Conf.* 527. Wadd. 163s, 113², 113³. Sbar. 339, I², 358s.
(7) Binatus de Blanchiis. *Conf.* 527. Wadd. 180, 123³, 122³. Sbar. 364.
(8) *Conf.* 527. Wadd. 43, 111; 30², 75; 303, 76. Sbar. 101, 240; I², 105, 254.
(9) Wadd. 215, 147², 145³. Sbar. 443.
(10) Wadd. 209, 142², 141³. Sbar. 426. (11) Sbar. 661.
(12) Sbar. 461. (13) *Conf.* 520. Sbar. 487. (14) Sbar. 112; I², 117.
(15) *Catal.* 22. CG 489-97. *Conf.* 297-301, 532. Rodulphius, 104; Wadd. an. 1322 n. 73; 1343 n. 19-34.
(16) *Catal.* 22. *Conf.* 297, 532. Wadd. 1355 ubi et 9 sequentes.
(17) *Catal.* 22. CG 497. *Conf.* 297, 532.
(18) *Catal.* 22. CG 497. *Conf.* 297, 533.
(19) *Catal.* 22. CG 497. *Conf.* 297, 532.
(20) Wadd. l. c. et 1255, n. 3 (*suppl.*), et 1222, n. 9.

Simon etiam vir perfectissimus et sanctus, cum fratre Gerardo requiescit (1). Iohannes etiam signis clarus et vita perfectus, in eadem Provincia habetur (2).

Andreas Albanus in Dalmatia tanta sanctitate floruit, ut in meridie, nullo vidente, duos captivos a carcere liberavit, manentibus compedibus (3).

(41v:) Iohannes de Bucho etiam Albanus in Tragurio iacet. Cuius lotura corporis multos a diversis infirmitatibus liberavit (4).

Michael etiam Albanus, socius dicti fratris Iohannis, miraculis fulsit (5).

Martinus in Conventu Fulginei, his temporibus moriens signis claruit (6).

Nicolaus de Pater Noster in loco Mevanii miraculis fulget (7).

Matheus de Faventia, temporibus istis Bononie obiit, qui in vita et morte et post, miracula operatus est (8).

Anno Domini **1345**, Ordinis vero 138, frater Livinus de Francia in Chairo Babilonie pro fidei confessione glorioso martirio consumatus est (9).

Iohannes de Monte Politiano circha medium mensis Aprilis in eodem anno et Chairo martirio vitam finivit (10).

[Quadragesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1346**, Venetiis (11) per fratrem Fortanerium Vassallum, et anno sequenti ipse Generalis fuit. Archiepiscopus Ravenne creatus.

[Quadragesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est Verone, anno **1348**, et Ordinis 141, per Dominum fratrem Fortanerium Archiepiscopum Ravenne, Vicarium Ordinis, in quo fuit electus in 20 Ministrum Generalem frater Guglelmus Farinerius Provincie Aquitanie (12).

Eodem anno fuit tanta epidimia et mortalitas per universum mundum, ut vix tertia pars fratrum Ordinis remansit (13). Unde Ordo, qui usque modo nimis in Ecclesia Dei florebat, cepit deficere et obscurare, deficientibus Patribus et (*a*) Fratribus bonis et licteratis. Inter quos decidit:

(*a*) Cod. bis *et*.

---

(1) Wadd. ll. cc. 'Socius Gerardi'.
(2) *Catal.* 22. CG 497. *Conf.* 297, 533. Terrae Laboris. Wadd. 1355, n. 4.
(3) *Conf.* 302 n. 1, 303, 528. Wadd. 1355, n. 5.
(4) *Conf.* Wadd. ll. cc.
(5) Ll. cc.
(6) *Conf.* 510. Wadd. 1356, n. 22, 1335, n. 2, (1213, n. 4, 1241, n. 25).
(7) *Conf.* 243, 510. Wadd. l. c. ubi et sequens.
(8) *Catal.* 16. *Conf.* 263, 521ss.
(9) CG 540-2. Wadd. 1345 n. 1. *Script.* 238, 343², 160³. Sbaralea, 488.
(10) *Conf.* 304 n. 5. CG 543. Wadd. an. 1342 n. 60, 1345 n. 1.
(11) CG 543. Glassb. 183. Wadd. an. 1346 n. 7-9. Fortanerius Vasalli die 24 oct. 1347 archiep. Ravenn. nominatus est. Eubel, *Hier.* I, 436. Wadd. *Script.* 110, 75², 76³, Sbaralea, *Suppl.* 239, I², 253. Supra p. 294 n. 7.
(12) CG 543-4. Glassb. 184. Wadd. an. 1348 n. 1. ChHLeg. I, 63. Gubernat. I, 161, III, 48. Wadd. *Script.* 152, 104², 104³; Sbar. 320, I², 338. Cf. p. 303 n. 5.
(13) CG 544-5. Glassb. 184s. R. Hoeniger, *Der schwarze Tod*, Berlin 1882. Lechner, *Das grosse Sterben* (1348-51), Innsbruck 1884. F. A. Gasquet, *The great pestilence* (1348-9), London 1893.

Niccolaus de Lira anno Domini **1349**, die 14 octobris, Parisius ad suos patres appositus est, qui inter alios Doctores, Doctor planus, aliter utilis appellatus, toti orbi notus. Hic in doctrina iudaica e[x]stitit peritissimus, ideo contra Iudeorum impietatem disputationibus et scriptis adversatus fuit. Universum vetus et novum Testamentum postillavit. Scripsit opus de questionibus veteris et novi Testamenti, et alium tractatum contra Iudeos. Addidit quoque volumen, in quo posuit expositiones morales omnium ferme storicorum totius Biblie. Scripsit egregie super 4 libros Sententiarum, presertim super tertium. Item Sermones, tam de tempore, quam de Sanctis, per totum annum. Item plurima Quotlibeta (**42**r:) et opus de Corpore Christi et de visione divine essentie, et alios tractatus de diversis materiis (1).

Reverendissimus (*a*) Guido Francigena, Cardinalis et Episcopus Portuensis ac apostolicus legatus in Italia, ob devotionem Sancti Antonii Paduam accessit, anno Domini **1350**, die 15 februarii, et ipsius Sancti secundam translationem peregit et caput ipsius in pulcherrimo tabernaculo de argento, suis sumptibus facto, locavit (2). Et in sequenti mense martii obiit cum habitu Ordinis Alphonsus rex Castelle (3).

Eodem anno apud Pensaurum Deo reddidit spiritum Beatus Franciscus de 3° Ordine, postquam quinquaginta annos ipsi Deo fideliter et indefesse vixisset (*b*) miraculis clarus. Cuius corpus in ecclesia cathedrali honorifice sepultum (*c*) est (4).

[Quadragesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est Lugdunii anno Domini **1351** et Ordinis 144, per fratrem Guglelmum Farinerii (*d*) (5).

Anno Domini **1352** per Dominum Clementem VI assumptus est ad Cardinalatum, tituli Sanctorum Marcellini et Petri, frater Pastor de Proventia (6).

Eodem anno in die sancto Pasce, Barchinone orta est questio de precioso sanguine Christi in passione effuso, scilicet qui fuit tunc a Deitate separato, quia Deitas non fuit nec potest dici effusa. Ideo frater Franciscus Baiuli, guardianus, conclusit quod Deitas non fuit sanguini iuncta, sed fuit ab eo potius separata, propter quod fuit tamquam hereticus coram Papa Clemente VI diffamatus. Que questio fuit postea, post centum et 13 annos determinata, tempore Sixti IV et fratris Iacobi de Marchia (7).

Eodem anno frater Gentilis, Laycus de Spoleto, discipulus sancti fratris Iohannis de Vallibus, post mortem eius cum videret

(*a*) Cod. *Reverendiximus.* (*b*) Cod. *vississet.*
(*c*) Cod. *sepultus.* (*d*) Cod. *Farinetrii.*

(1) Wadd. *Script.* 265-7, 181², 178-9³; Sbaral. 557-9, 731. *Rép.* II², 3340. Labrosse, ap. EFr. 1906, XVI, 383-404; 1907, XVII, 489-505; 593-608; 1908, XIX, 41-52, 153-75, 368-79.

(2) Guido de Bolonia (Boulogne) de Monteforti; CG 545. Wadd. an. 1350, n. 8; 1263 n. 10; 1351 n. 10.

(3) Alphonsus XI obiit 26 mart. 1350. Nic. de S. Antonio, *Bibl. Hisp. vet.* II, Matriti 1788, II, 165-8. Wadd. an. 1350 n. 14; cf. supra p. 298, n. 2.

(4) Wadd. an. 1350, n. 9-13. *Bibl. hagiogr. lat.* (BHL) I, 471, 3138. *Acta SS.* aug. I, 660-2 (I³, 656-8).

(5) CG 545-6. Glassb. 185-6. Wadd. an. 1351, n. 10-11. Gubernat. III, 48.

(6) Cf. supra p. 299, n. 1. BF VI, 247 n. 560.

(7) Wadd. an. 1351 n. 13-21.

se et socios esse per Ministrum de locis pauper[ibus] et devotis de Pisquia abdicatos et ad diversa loca destinatos, inpetravit a Domino Clemente locum Carceris, Iani, Heremite et Montis Luci, et pro quolibet 12 Fratres collocare de familia posset, et quod nullus in hoc ipsos impedire valeret, in quibus artam vitam ducebant secundum puritatem Regule, de qua separatione non parva turbatio orta est in Ordine, quia magna commotio subsecuta est. Nam quasi in omnibus Provinciis aliqui viri perfecti et zelum perfectionis Regule habentes, ad idem faciendum excitati sunt (1).

(42v:) [Quadragesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Assisii, anno Domini **1354** Ordinis vero 147, per fratrem Guglelmum Farinerii(*a*), in quo fuit determinatum, quod pro viribus Generalis laboraret in curia contra privilegium fratris Gentilis (2).

Anno Domini **1355** Generalis, auctoritate Domini Egidii Cardinalis et Legati in Italia, dissipavit et totaliter annihilavit supradictam congregationem fratris Gentilis (3).

Anno Domini **1356**, die vero 19 iunii, in civitate Pensauri feliciter obdormivit in Domino, beata Michelina de tertio Ordine, in vita et post mortem miraculis corruscans (4).

Frater Guglelmus Generalis, inquisitor factus contra Fraticellos de oppinione, multos fugavit et punivit secundum canonicas sanctiones, deinde factus est per Dominum Innocentium VI tituli sanctorum Marcellini et Petri Presbiter Cardinalis (5).

[Quadragesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Barchinone, anno Domini **1356**, Ordinis vero 150, per fratrem Guglelmum Cardinalem, Vicarium Ordinis, in quo fuit electus in 21 Ministrum Generalem frater Iohannes de Bucho, Provintie Aquitanie (6).

Eodem anno Archiepiscopus Armachanus de Hibernia, Avinione in pleno consistorio multa proposuit contra statum Ordinum mendicantium et eorum privilegia, et inter plurima erant quod mendicitas voluntarie assumpta propter Christum erat culpabilis, illicita et damnosa. Tunc Dominus Innocentius Papa dedit 4 Cardinales super hoc auditores. Tunc Religiosi contra ipsum proponunt eum dixisse multa erronea et in fide suspecta, quibus tamquam hereticus et per consequens excommunicatus debebat iudicari et repelli. Tandem multis hinc inde datis libellis, negotium prolungatur, sed sine diffinitione alia derelictum, in brevi migravit a seculo (7).

(*a*) Cod. *Farinierii*.

(1) CG 547-8. Glassb. 186. Wadd. 1350, n. 15-16; (an. 1355, n. 1; 1368, n. 10). Eubel, BF VI, 245-6, n. 558.

(2) CG 548. Glassb. 187-8. Wadd. an. 1354 n. 9-10. Gubernat. I, 161. ChHLeg. I, 63-4; ubi 64-85, Constitut. huius capituli (Farineriae), quae et ap. Eubel, VI, 639-55; et Gubernat. III, 48-73.

(3) CG 548-9. Glassb. 189. Wadd. 1355 n. 1-3. BF VII, 246 not.: 291, n. 683.

(4) *Conf.* 361. Wadd. 1356 n. 23-30. *Acta SS.* Iun. III, 92-17-9; (IV[3], 775-7).

(5) CG 549. Glassb. 189. Wadd. 1354 n. 6-7. BF VII. 287, n. 665. Cardinalis creatus 23 Dec. 1356, Eubel, *Hier.* I, 19. BF VII, 299, n. 708. Supra p. 301 n. 12.

(6) An. 1357. CG 552. Glassb. 189. Wadd. 1357 n. 1-2. ChHLeg. I, 85. Gubernat. I, 161-2, III, 73. Cf. sup. 295, n. 1, et p. 304 not. 1.

(7) CG 552-3. Glassb. 189-90. Wadd. l. c. n. 3-15. Ep. Armachan. erat Richardus Radulphus (Fitzralph). Little, 77ss. 239s. Hurter, *Nel.* II, 631-33. ZKTh 1891, 350ss. *Rép.* II, 3954-5. Obiit 16 nov. 1360.

Anno **1357** in conventu Belne Provincie Burgundie, 5 iunii frater Iohannes de [Bucho] Generalis migravit ad astra. Et tunc frater Guglelmus per Dominum Innocentium fuit Vicharius Ordinis institutus (1).

Eodem anno illustrissimus Dominus Petrus, filius Iacobi Regis Aragonum, Ordinem intravit, in quo ultra viginti annos laudabiliter vixit (2).

Anno Domini **1358**, die 4 aprilis fuerunt pro fide catholica martirizati in Cairo Babilonie, frater Niccolaus de Monte Corbino et frater Franciscus de Terra Laboris et frater Petrus romanus, de 3° Ordine (3).

(**43**r:) [Quadragesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Ianue anno Domini **1359**, anno vero Ordinis 152, per fratrem Guglelmum Cardinalem. In quo Patres, non obstante presentia Cardinalis Aquitanici, Generalatum (*a*) extraxerunt de manibus Aquitanorum, et fratrem Marcum de Viterbio in 22 Generalem Ministrum elegerunt (4).

Anno Domini **1360**, prima die Decembris, feliciter obdormivit in Domino Sancta Delphina, comitissa Ariani, uxor quondam Elzearii, que et ipsa de tertio Ordine erat, sepulta cum suo sancto viro in conventu Apte Avinionis (5).

Plures alie, licet diversis temporibus, sanctitate et miraculis fulserunt in isto 3° Ordine, videlicet:

Lucia de Venetiis, ibidem sepulta in ecclesia Sancti Raphaelis, Francischa de Eughubio, Iohanna de Signa et Iohanna de Sancta Maria in Balneo, in abbatia dicti castri sepulta (6).

Anno Domini **1361** frater Gonsalvus Sanecii (7), Provincie Sancti Iacobi, vir perfectus et sanctitate ornatus, in conventu Lucensi eiusdem Provincie, devote expiravit.

Eodem (8) quoque anno fuit alia tam magna mortalitas, ut multis Fratribus notabilibus Ordinem expoliaverit. Unde de sola Provincia Aquitanie decem Magistros notabiles abstulit; videlicet, duo Cardinales, scilicet: frater Guillelmus Farinerius (9) et frater Fortanerius Vassalli (10), Padue sepultus; duo Archiepiscopi, duo Episcopi, duo Ministri Provincie, et unus Penitentiarius Pape et alter Lector Sancti Stephani sedis Tholose famosissimus, exceptis aliis solempnibus patribus, obierunt.

(*a*) Cod. *Generalatus*.

(1) CG 556s. Glassb. 192. Wadd. 1357, n. 1. Gubernat. I, 161-2. Guil. Farinerius card. erat Vicarius. Cf. inf. p. 303, n. 6.

(2) CG 556. *Conf.* 349, 431. Wadd. l. c. n. 2-3. Ob. 1380; de eo AFH II, 441-46.

(3) CG 554-6. Wadd. 1358, n. 4.

(4) Glassb. 193-4. CG 557-8. Wadd. 1359, n. 5. Gubernat. I, 162-6, III, 74. ChHLeg. I, 86.

(5) CG 558. Wadd. 1360, n. 2. *Acta SS.* sept. VII, 514ss. Obiit 26 nov. 1360. BHL I, p. 314, 378.

(6) Omnes ap. Wadd. 1360, n. 3, cf. *Conf.* 361. *Acta SS.* ian. II, 59ss. Alia (?) eiusdem nominis commemoratur in eadem ecclesia sepulta, Ord. Cist. quae obierat c. 1105. De B. Ioh. de Signa, cf. S. Razzi, *Vita de'Santi e Beati Toscani*, Fiorenza 1693, 511-15.

(7) CG 549-52. *Conf.* 321, 443, 534. (8) Ex CG 558. Glassb. 196.

(9) Cf. supra p. 294, n. 8. Obiit Avinione 17 iun. 1361. Eubel, *Hier.* I, 9.

(10) P. 294, n. 7; et 301, n. 12. Obiit Paduae exeunte oct. 1361.

[Quinquagesimum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1362**, Ordinis vero 155, per fratrem Marchum de Viterbio in Conventu Argentine Alamanie (1).

Eodem anno frater Iacobus de Florentia, Archiepiscopus Zaitonensis, Thebane diocesi[s], cum fratre Guglelmo Campano in Medorum imperio pro confessione fidei catholice, per Sarracenos sacro martirio interemptus est (2).

Alii etiam duo fratres in fide constantissimi per hereticos Nestorianos fuerunt capti et fame cruciati, ad Dominum cum palma martirii migraverunt (3).

(**43** v:) In Gaza, civitate Palestine, anno **1364**, pro predicatione vere fidei per medium corpus sectus (*a*) est frater Guillelmus de Castro Maris Terre Laboris (4).

[Quinquagesimum primum] Capitulum Generale celebratum est per fratrem Marcum de Viterbio Generale[m], Florentie, anno Domini **1365**, et Ordinis 158 (5).

Magna heretichorum conversio facta est per fratres Minores anno Domini **1366** in Burgaria, nuper acquisita per vim armorum per Christianissimum Lodovicum regem Ungarie, unde octo fratres infra quinquaginta dies ultra ducenta milia hominum baptizatunt, omnes ex precepto regio in scripturis publicis redactis (6).

Eodem anno de Septembrio frater Marchus Generalis, factus est per Dominum Urbanum tituli Sancte Praxedis Presbiter Cardinalis, et tunc Dominus Papa noluit dare alium Vicarium, sed commisit gubernationem eius Domino Protectori (7).

[Quinquagesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Assisii anno Domini **1367**, et Ordinis 160, per Dominum Niccolaum Limovicensem Cardinalem et Protectorem, in quo electus est in 23 Generalem Ministrum frater Thomas de Ferignano Provincie Bononie, Magister sacre Theologie et predicator maximus (8), cuius tempore Fratres de Observantia initium [h]abuerunt.

Sub isto Generale frater Paulus Trinccius de Fulgineo, vir zelo religionis et sanctitate clarus, a Generali Ministro obtinuit locum de Pisquia, seu Bruglani, in montibus Fulginei. In quo se colligens in pura et simplici litterali observantia Regule, plurimos fratres et loca recepit et calepodia deferre ordinavit (9). Sub qua separatione a Conventualibus multi sanctitate fulserunt.

Hac tempestate Alexandria Egipti obsessa est a Petro Rege Cypri. Duodecim fratres Montis Syon capti et in confessione fidei

(*a*) Cod. *septus*.

(1) CG 559. Glassb. 196. Wadd. 1362, n. 3. Gubernat. III, 74. Rodulph. 241r.
(2) CG 559. Wadd. 1362, n. 4. Eubel, BF VI, 658. Civezza, *Miss.* IV, 62ss.
(3) Ll. cc. (4) CG 560. *Conf.* 305 not. 2. Glassb. 198s. Wadd. 1364 n. 19.
(5) Glassb. 199-200. CG 560. Wadd. 1365, n. 8s. Gubernatis, III, 74.
(6) Ex CG 561, ubi 561-2 documentum, quod et ap. Wadd. 1366, n. 16.
(7) CG 563. Wadd. 1366, n. 9. Card. 18 sept. 1366; obiit 4 sept. 1369. Eubel, *Hier.* I, 20. Sbaralea, *Suppl.* 515.
(8) Nicol. de Bessia, Lemovic. CG 563, (262, 64). Glassb. 202-3. Wadd. 1367, n. 6. Sbaralea, 675. ChHLeg. I, 86. Gubernatis, I, 166-170, III, 74.
(9) B. Bernardinus Aquil. *Chronica Fr. Min. Obs.* ed. L. Lemmens, Romae 1902, 6ss. MF VI, 98-128. Wadd. 1368, n. 9-13. Gubernat. II, 5s.

immobiles inventi, rigore carceris et verberibus crudeliter fuerunt interfecti (1). Se[x]decim alii positi sunt in carceribus in civitate Damasci, ubi per quinque annos stantes, in ferreis vinculis et sine indumentis, in ieiuniis, virtute fidei probati, in confessionis perseverantia obierunt. Duo vero fidem Christi predicantes, diversis tormentis fuerunt afflicti et tamdem cum crudelitate (**44** r:) et horrore non parvo a capite usque ad pedes vivi decoriati, animas suas Domino commendantes, aulam celestem intraverunt (2).

Frater Bartholomeus de Monte Politiano (3) etiam a capite usque deorsum sectus fuit in Cayro, et frater Iohannes de Neapolim diaconus (4) a Rege Gaza in frusta concisus est. Frater Antonius de Rosato (5), Mediolanensis, inter duos asseres secatus est per medium. Et frater Corradus de Alis (6), securi plexus, migravit ad Christum.

Frater Franciscus (7) etiam in Damiata per medium corporis gladio divisus fuit. Sed in obscuro carcere frater Gonsalvus (8) deficiens, frater Iohannes de Otteo crudelissime cesus, deinde sale et aceto plagis aspersis, et demum sex clavis crucifixerunt, scilicet duobus in manibus et duobus in cubito et duobus in pedibus, animam suam cum palma martirii celo commendavit.

Anno **1369**, Ordinis 159, in civitate Bindi, que est in Burgaria, passi sunt frater Antonius de Saxonia, frater Gregorius de Tragurio, frater Niccolaus et frater Lanzilaus, frater Andreas, omnes tres Ungari, frater Gregorius de Iadra, frater Niccolaus de Marchia, frater Benedictus de Apulia et frater Thomas de Fulgineo (9).

In Verbia Livonie, Vicaria Russie (10), ab ido[lo]latris arbores adorantibus, quinque alii Fratres propter predicationem vere fidei ad perhennia gaudia celi perrexerunt.

In civitate regia Neapoli, anno quo supra, die 18 maii in Domino requievit sanctus frater Philippus Alaquerii, anno vite sue fere centesimo, in vita et in morte, et postea multis clarus miraculis (11).

Ipso quoque anno, sed octava die aprilis Urbanus papa V cathalago Sanctorum annotavit sanctum Elzearium, comitem Ariani de 3° Ordine (12).

Et eodem anno de mense augusti in Viterbio obiit frater Marchus, quondam Generalis, et Sancte Romane Ecclesie Cardinalis (13).

[Quinquagesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est Neapolim anno Domini **1370**, Ordinis vero 160, per fra-

(1) CG 564. Wadd. 1369, n. 10. (2) *Conf.* 305.
(3) *Conf.* 304, not. 5. Wadd. 1342, n. 60 ubi et alii; item Civezza, IV 273ss.
(4) *Conf.* 305, not. 2. (5) Gazae. *Conf.* 302, 526. Wadd. 1369, n. 10.
(6) Hallis. *Catal.* 25. *Conf.* 304. Golubovich, BTS I, 264, 270s. Holder-Egger, *Monumenta Erpshesfurtensia*, Lips. 1899, 678, ubi ad an. 1269.
(7) CG 418. Golubovich, BTS I, 323-4; sed ad an. 1288.
(8) *Catal.* 46. *Conf.* 304.
(9) In Widdin. *Catal.* 47. CG 564-66. *Conf.* 335 nomina partim diversa. Wadd. 1369, n. 11. Glassb. 203. Civezza, *Miss.* IV, 117ss.
(10) Prope Wilnam. *Conf.* 335.
(11) CG 566-72. *Conf.* 290-2. Wadd. 1369, n. 12-7.
(12) CG 572. Fuit 15 april. 1369. BF VI, 449-51, n. 1109; cf. n. 596, 854, 951, 1061. Wadd. 1323, n. 28-42; 1351, n. 38-9. *Acta SS.* sept. VII, 518ss. AB XIV, 63. BHL I, 2521-4. Cf. p. 304, n. 5. (13) Cf. supra p. 305, n. 1 et 5.

trem Thomam Generalem, quod quidem Capitulum tenuit Regina Iohanna (1).

Dominus frater Guillelmus de Prato, Magister Parisinus et Episcopus ordinatus per Urbanum V, cum sexaginta Fratribus, inter quos plurimi Magistri erant Sacre Theologie (**44** v:), missus est ad magnum imperium Cathai, ut ibi verba vite seminarent (2).

Gregorius XI, anno Domini **1371**, post Penthe[costen] assumpsit ad dignitatem Cardinalatus, tituli Sancte Prisce, fratrem Beltrandum Aggieri de Figiaco, episcopum Gradensem (3).

Anno Domini **1372**, Rome in campo Florum 23 iulii beata Bircita vidua de Suetia, ex regali orta prosapia, filia beati Francisci et fratrum Minorum, migravit ad Dominum, cuius corpus, ut ipsamet elegit sepelliri, honorifice sepultum (*a*) est in ecclesia Sancti Laurentii in Panisperne, Ordinis Sancte Clare (4).

[Quinquagesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Tholose, anno **1373** et Ordinis 163, per fratrem Thomam, Vicarium Ordinis, eo quod assumptus fuerat ad Patriarcatum Gradensem per Gregorium XI (5). In quo electus fuit in 24 Generalem Ministrum, frater (*b*) Leonardus de Gigofono, Terre Laboris (6).

Qui ad Provinciam Sancti Francisci veniens, locum Montis Perusii fratri Paulo Trincio et fratribus suis condonavit, eo quod dictus frater Paulus divinitus publice convixerat Fraticellos de oppinione (7), ex qua re de ipsa civitate expulsi, Ordo fuit a plaga non parva liberatus, et familia ipsa de Observantia in magno precio habita et aucta est. Nam ceperunt plurimi et studentes et litterati doctores venire ad ipsum, ut reciperentur in Fratres in tam stricta et nova Observantia. Inter quos fuit Dominus Marcus de Bergamo (8), doctor utriusque iuris, pater venerabilis et sanctus, ad cuius famam et odorem multi sunt animati ad faciendam penitentiam et relinquere mundum. Qui habitum Religionis induti, viri perfectissimi et miraculis clari extiterunt, e quibus infra suis in locis retexam. In comunitate vero Ordinis, his temporibus multi clarebant viri docti et insignes, ex quibus aliquos subinferam, videlicet:

(*a*) Cod. *sepultus*. (*b*) Cod. *fratrem Leonardum*.

---

(1) CG 572. Glassb. 203. Wadd. 1370, n. 18. Gubernatis, III, 74.

(2) Ex CG 572. Wadd. l. c. n. 1-16. Eubel, BF VI, 435ss., n. 1078ss.

(3) CG 573. Wadd. 1371, n. 13. Eubel, *Hier.* I, 21. Erat vero ep. Glandatens. creatus card. 30 mai 1371; obiit 8 (vel 15) nov. 1392. Cf. AFH II, 441ss. BF VI, 456, n. 1126.

(4) Obiit 1373, oct. 8. Wadd. 1318, n. 42. *Acta SS.* oct. IV, 462. Sed eius ossa mox in Sueciam translata sunt. cf. Annerstedt, ap. *Scriptores Rerum Suecicarum*, Upsalae 1871, III, II, 188ss. BHL I, 1334-59.

(5) CG 574. Wadd. 1373, n. 19-22. BF VI, 503. Thom. Farignano deposito. Wadd. 1368, n. 14, Vicarius ord. institutus erat Fr. Card. B. Atgerii, qui capitulo praesedit. Farignanus Pat. Gradensis electus erat 19 iul. 1372. Eubel, *Hier.* I, 277. Glassb. 211. Gubernat. I, 170-2, III, 74-5. ChHLeg. I, 87-8.

(6) De Gifono, Giffonibus. CG 574 ultimus quem CG habent. Wadd. *Script.* 237, 132^2, 159^3s. Sbaral. *Suppl.* 487s. Creatur Cardinalis a Clemente VII, 16 dec. 1378, tit. S. Sixti, obiit post 17 mart. 1407. *Hier.* I, 26.

(7) Aquil. 9ss. Wadd. 1374, 20ss. Gubernat. II, 8s.

(8) Wadd. 1383, n. 1-2.

Beltrandus de Figiaco, Aquitanicus, Sacre Theologie Magister, qui ob doctrinam suam factus est Cardinalis Ostiensis (1).

Bartholomeus de Cucurno de Ianua, etiam Doctor theologus et magnus predicator, quem Urbanus VI fecit Cardinalem, tituli Sancti Laurentii in Damaso (2).

Thommas de Ferignano, Provincie Bononie, Magister et predicator (**45** r:) maximus ac olim 23 Generalis Minister et postea Episcopus Gradensis et Cardinalis Tusculanus (3).

Lodovicus de Venetiis, Magister Sacre Theologie et 25 Generalis Ordinis et Sancte Romane Ecclesie Presbiter Cardinalis (4).

Leonardus prefatus, 24 Generalis Ordinis, Magister magnus, qui scripsit super 4 Sententiarum libros. Scripsit etiam quamdam Summam notabilem et volumen magnum super Cantica Canticorum, distinctum in centum quinquaginta quatuor cantica, idest sententias eius, unde et multa continet misteria. Scripsit etiam et multos sermones. Qui tandem Cardinalis factus est per Urbanum VI et Clementem VII (5).

Angelus de Bibiena, etiam Magister et Episcopus Pensaurie[n]sis; hic Lector precipuus et procurator Ordinis fuit (6).

Petrus de Cassano, Provincie Pennensis, in Theologia Doctor, et in predicatione famosus et 26 Generalis Ordinis (7).

Martinus de Sancto Georgio, Provincie Ianue, Sacre pagine professor, qui post fuit 27 Generalis Minister (8).

Arnaldus de Sarnano, Aquitanicus, Sacre Theologie Magister, vir vite laudabilis et Minister Provincialis, qui inter alia sua scripta, omnia que de Seraphico Patre Francisco invenire potuit, rescripsit (9).

Iohannes de Ripetransonis, Marchisanus, Magister famosus, qui tante scientie fuit, ut Parisius ante 30 annum in Theologia magistraretur et Doctor difficilis appellaretur. Hic scripsit profundissime super 4 libros sententiarum et multa Quotlibeta (10).

---

(1) Cf. p. 307, n. 3. April. 1378 a tit. (S. Priscae et) S. Ceciliae ad tit. Ostien. translatus. *Hier.* I, 21. BF VI, 659.

(2) *Conf.* 346 ultimus cardinalis a Pisano nominatus; creatus, (Eubel, *Hier.* I, 23; BF VII, 4) ante 13 Febr. 1382 ab Urb. VI, et eiusdem iussu 12 ian. 1385 cum aliis card. carceratus et occisus. Ante cardinalatum fuisse *videtur* archiep. Januensis, uti et *Conf.* 346 dicitur; cf. *Hier.* I, 23, 293. BF VII, 4, 744.

(3) Cf. p. 305, n. 8.

(4) Donatus. *Conf.* 346. Electus Glis in cap. gli Strigonii 1379. Creatus card. ab Urbano VI, tit. S. Marci, inter an. 1379-1385, eamdem sortem obiit, quam B. Cucurnus; supra n. 2. *Hier.* I, 23, BF VI, n. 531, 578; n. 1330a., 1450; VII, 744; Wadd. 1379, n. 1ss.

(5) Cf. p. 307, n. 6.

(6) Feduccius. BF VI, n. 865, 1089, 1188, 1296, 1329. Ep. Pisauren. 1374, 23 mart.; *Hier.* I, 414, 204. Sbaralea, *Suppl.* 41-2, I², 44. Wadd. 1379, n. 3; cf. 1370, n. 14; 1372, n. 2; 1373, n. 13; 1375 n. 39, 45. Stetit a partibus Clementis VII, qui eum 1383, ian. 28 ad sedem Colimbrien. transtulit. Sed adhuc 1384 mart. 27 uti ep. Pisauren. occurrit.

(7) Electus in capitulo generali Ferrariae 1383; cf. infra ad hunc annum. Wadd. 1383, n. 1; 1399, n. 41. Rodulphius, 242. Eubel, BF VII, 6 not. Gubernat. I, 173.

(8) A Riparolo. BF l. c. Wadd. 1385, n. 1; 4; 1387, n. 1. Cf. de eo inferius ad an. 1385,

(9) *Conf.* 537. Videtur auctor CG ap. AF III, 1-575; cf. p. I-XIII. Sbaralea, *Suppl.* 99, I², 103.

(10) *Conf.* 340, 511, 544. Wadd. *Script.* 224, 153², 151³. Sbaralea, *Suppl.* 457. Wadd. an. 1376, n. 10 ubi et ceteri ex Mar.

Iacobus de Spinello, inclitus in Theologia Doctor, magnam partem Biblie postillavit, et super 4 libros Sententiarium compingendo, Parisius fuit excellens et singularis (1).

Niccolaus Mutius, Venetus, multa scripsit et opera Sancti Gregorii per materias distinguendo, opus maximum fecit et Gregorio XI presentavit (2).

Iohannes Chrith de Basilea, Doctor eximius, scripsit super Sententias et pulcherrimum sermonale, serviens per totius anni circulum et plura alia (3).

(**45** v:) Philippus de Monte Galerio, vir devotus et magnus predicator, postillam super Evangelia dominicalia et quadrag[es]imalia reliquit (4).

Gabriel de Volaterris, theologicus doctor et predicator egregius, Minister Provincie 9 annis, Inquisitor heretiche pravitatis multotiens, insignis habetur (5).

Iohannes de Caulibus de Sancto Geminiano, devotus et famosus predicator, super evangelia tractatum pulcrum et devotum per modum meditationis scripsit (6).

Franciscus de Sancto Symone, Pisanus, Empolim dictus, suis determinationibus Oxonie factis, se fuisse magne Theologie scientie doctum (*a*) praeclare ostendit (7).

Servasius Tuscus, Summam luculentam de vitiis et virtutibus edidit, ac de penitentia et eius tribus partibus (8).

[Quinquagesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est Aquile, anno Domini **1376**, Ordinis vero 168, per fratrem Leonardum Generalem (9).

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(*a*) Cod. *doctus*.

---

(1) *Conf.* 340, 544. Wadd. 186, 127[2], 126[3]. Sbar. 377.
(2) *Conf.* 525. Wadd. 267, 182[2], 179[3]. Sbar. 560.
(3) Gritsch. Sed floruit c. 1430. Wadd. 209, 143[2], 141[3]. Sbar. 427.
(4) *Conf.* 341, 527. Wadd. 294, 200[2], 196[3]. Sbar. 619.
(5) Eubel, BF VII, n. 865, 908a, 952, 1003, 1146. Wadd. an. 1365, n. 6; 1376, n. 10; 1382, n. 3; 1399, n. 17.
(6) *Conf.* 341, 518. Wadd. 198, 136[2], 135[3]. Sbaral. 404, 729.
(7) *Conf.* 340. Wadd. 111, 75[2], 93[3]. Sbaral. 241. 252, 284, I[2], 301.
(8) *Conf.* 341. Servasan(ctus). Wadd. 315, 211[2], 210[3]. Sbar. 658.
(9) Glassb. 212. Wadd. 1376, n. 14. Gubernat. III, 75.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Carolus IV imperator, Ordinis plurimum devotus, anno **1378** migravit ad celum. Post cuius mortem Helisabeth imperatrix habitum induit tertii Ordinis, et humiliter conversata miraculis claruit (2).

Eodem anno in Cereth Vualachie minoris, ab infidelibus arbores adorantibus duo Fratres fuerunt sacro martirio coronati (3).

Scisma ortum est anno prelibato, quale nondum fuit in Ecclesia Dei, quod duravit annis 40. Nam defuncto Gregorio XI, Cardinales crearunt Urbanum VI, italicum, a quo recesserunt 14 Cardinales Gallici, et in civitate Fundi alium crearunt, natione Gallum (*a*), quem Clementem VII appellarunt. Qui in Avinione resedit (4).

Frater Leonardus Generalis, hoc ipso anno ab Urbano VI fuit Cardinalis factus (5), sed ipse Clementi adherens ad eamdem dignitatem ab ipso Clemente fuit assumptus. Quapropter contra ipsum indignatus Urbanus, statim ipsum ab officio depositum declaravit et fratrem Lodovicum de Venetiis Vicarium Ordinis instituit et fratri Thome de Ferignano prefatam dignitatem contulit et episcopum Tusculanum fecit.

Clarebat tunc in Hyspania frater Rodericus Robicii, vir penitentie mirabilis, (**46** r:) amator paupertatis, mundi contemptor et spiritu prophetico illustratus, qui in conventu Valdeari Custodie Colimbriensis requiescit (6).

Valentinus de Narnio, sanctitate insignis, 30 annis solo pane et aqua contentus (*b*), in ecclesia Sancti Francisci de Assisio tumulatus, multis claruit miraculis (7).

Martinus, vir optimus et sanctus, qui moriens signis clarens in Fulgineo tumulatus [est] (8).

Niccolaus de Assisio, infirmarius, charitate plenus, vita sanctissimus, quem a Deo (*c*) mirificatum in celis, miracula attestantur in terris, que per eius preces et merita, Dominus quotidie operatur Perusio, ubi iacet (9).

(*a*) Cod. *Gallus.* (*b*) Cod. *contemptus.* (*c*) Cod. *adeo.*

(1) Cf. AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III 294-309.
(2) *Conf.* 362. Wadd. 1378, n. 11; 1381, suppl. n. 2.
(3) *Conf* 335, 556. Wadd. 1378, n. 12.
(4) Ab an. 1378—1417. Urban. VI, 9 april. 1378—15 oct. 1389. Clem. VII, 20 sept. 1378, — c. 31 oct. 1394. Raynaldus an. 1378 sqq. Glassb. 212s.
(5) A solo Clemente VII creatus est card. cf. supra p. 308, n. 5.
(6) *Conf.* 321, 535. (7) *Conf.* 202s., 504. Wadd. 1378, n. 12.
(8) Cf. supra p. 301, n. 6. Wadd. 1355, n. 2; 1366, n. 22. (1241, n. 25; 1213, n. 5). (9) *Conf.* 234, 501. Wadd. 1378, n. 12; 1413, n. 5.

Ventura, etiam laycus et sanctus, paupertatis amator, caritate ignitus, qui Fratres forenses recipiebat, Perusii discedens, ibidem miraculis emicuit (1).

Antonius de Tegminis, Pisanus, in legibus doctus, vita sanctissimus, in Monteluco, supra Spoletum, miraculis corruscat (2).

Leonardus de Montepolitiano, in omni scientia et virtute singularissimus habetur (3).

Andreas, Provincie Bononie, in Arimino signis claret et miraculis (4).

[Quinquagesimum sextum] Capitulum Generale (5) celebratum est Strigonii (*a*) Provincie Hungarie, anno Domini **1379** et Ordinis 171, per fratrem Lodovicum de Venetiis, Vicarium Ordinis, impensis Lodovici regis, in quo ipse frater Lodovicus in 25 Generalem electus est (6).

Anno Domini **1382**, illustrissimus Lodovicus, rex Hungarorum, 40 anno sui regni in Domino requievit. Hic ante mortem suam regnum dimictens, solique Deo vacans, cum Fratribus semper ibat in choro ad officium persolvendum habitu indutus ut Frater, et ita indutus obire voluit et sepelliri (7).

Eodem anno Urbanus papa fecit Sancte Romane Ecclesie Cardinalem fratrem Lodovicum Generalem (8).

[Quinquagesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Ferrarie, anno **1383** et Ordinis 175, per fratrem Lodovicum Cardinalem et Vicarium Ordinis, in quo fuit electus in 26 Generalem Ministrum frater Petrus de Cassano Provincie Sancti Bernardini, qui dum Provinciam Tuscie visitaret et iam fere duos annos Ordinem rexisset, (**47** v:) infirmatus, in conventu Pistoriensi vitam finivit (9).

Anno Domini **1384** frater Paulus Trincius, Pater Fratrum Observantium, habuit a fratre Guillelmo de Hast, Ministro Provincie Sancti Francisci, auctoritatem recipiendi ad Ordinem novitios. Nam usque modo ipse frater Paulus mictebat ad Ordinem confugientes, ad Ministrum Provincie, qui eos recipiebat, remictebatque fratri Paulo, sicque in dies familia ipsa numero et merito augebatur (10).

[Quinquagesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Padue, anno Domini **1385**, Ordinis 177; in quo frater Martinus de Sancto Georgio de Ripalo, Provincie Ianue, electus fuit in 27 Generalem Ministrum (11).

(*a*) Cod. *Strigonis*.

---

(1) *Conf.* 234, 504. Wadd. 1378, n. 12; 1254, n. 48; 1422, n. 6).
(2) *Conf.* 241. Wadd. 1313, n. 9; (1399, n. 24).
(3) *Conf.* 520. Wadd. 1378, n. 11; (1344, n. 8).
(4) *Conf.* 264, 524. Wadd. 1378, n. 12; (1292, n. 24, cf. 23).
(5) Wadd. 1379, n. 1. Glassb. 213. Gubernat. I, 172, III, 75-6. ChHLeg. I, 88.
(6) Cf. p. 308, n. 4.
(7) Wadd. 1382, n. 2. Lud. I, Magnus dictus (1342—1382, 12 sept.).
(8) Cf. p. 308, n. 4.
(9) P. 308, n. 7. Glassb. 215. Gubernat. I, 173, III, 77. ChHLeg. I, 88.
(10) Wadd. 1382, n. 3; 1384, n. 2-5, ubi litterae Guillelmi, quae et Gubernat. II, 10ss.
(11) Wadd. 1385, n. 1. Supra p. 308, n. 8. Gubernat. I, 173, III, 76-7.

Hoc ipso anno frater Lodovicus de Venetiis, Cardinalis, di[f]famatus de proditione apud Dominum Urbanum, demersus est in mare cum aliis quinque Cardinalibus (1).

Ad requisitionem Regine Suetie et precibus monialium Sancte Clare de Sancto Laurentio in Panisperne de Urbe, Bonifacius papa IX, die 7 octobris Rome in cathalago Sanctorum ascripsit Sanctam Bircitam de Suetia (2).

Frater Martinus Generalis anno **1387** in Castro novo, Provincie Ianue, infirmatus, ibidem defunctus sepultus fuit. Quo mortuo, confirmatus est Vicarius Ordinis per Dominum Papam frater Henricus de Ast, Minister Provincie (3).

[Quinquagesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Florentie (4), anno prefato, per fratrem Henricum Vicarium Ordinis; in quo idem frater Henricus fuit in 28 Ministrum electus, qui fuit valde favorabilis fratri Paulo Trincio et suis fratribus de familia Observantie nuncupatis, etiam plurima loca sibi concedens Provincie (*a*) Marchie et Sancti Francisci et Rome (5). Unde ipse frater Paulus in Provincia Marchie instituit suum coadiutorem ad regendum prefatam Provinciam fratrem Franciscum de Fabriano. Hic frater Franciscus quinquaginta annos in omni sanctitate vixit, amplians et dilatans novam plantulam familie Observantium; qui tandem a Domino evocatus, corpus reliquit in loco Heremite apud Fabrianum (6).

Frater Paulus Trincius, cum iam esset tam ex rigore vite austere quam senectute nimis debilis, ac etiam oculis suis caligare cepisset, suum Commissarium et coadiutatorem instituit fratrem Iohannem de Stronconio, Provincie Sancti Francisci, ad regendum loca et Fratres sibi subiectos, et ipsum Florentiam destinavit, ut ibi aliquem locum caperet (*b*).

(**47** r:) Hic frater Iohannes (7), omnibus pene virtutibus ornatus, et cum esset angelicus predicator ac miraculis et spiritu prophetie clarus, in diversis Provinciis quamplura loca Observantie fundavit et plures conventus ad regularem observantiam reduxit, et multos habitum sancte Religionis induit, qui in viros magne sanctitatis evaserunt. Hic frater Iohannes locum recepit in monte Fesulano apud Florentiam (8), per quem Deus uberes fructus collegit (*c*), et nimium regularis observantia inaucta est.

Florebat etiam tunc frater Angelus de Monte Leone, Observantie zelator precipuus, qui ob suam vitam sanctissimam pluries me-

---

(*a*) Cod. *Provinciam.* (*b*) Cod. *ceperet.* (*c*) Cod. *collexit.*

---

(1) Raynaldus, an. 1385, n. 2 sqq.; mense dec. 1385. Supra 308 n. 2.

(2) Canoniz. 7 oct. 1391. Bulla canoniz. *Acta SS.* oct. IV, 468-72. Cf. AFH I, 495; III, 182.

(3) Supra p. 308, n. 8. H. Alferus Astensis. Wadd. 1387, n. 1.

(4) Wadd. 1387, n. 7. Glassb. 216. Gubernat. I, 173, III, 77. ChHLeg. I, 89.

(5) Wadd. 1388, n. 1; 1390, n. 2. Gubernat. II, 12s.

(6) Wadd. 1390, n. 3. Gubernat. II, 13s.

(7) L. c. n. 4. Aquil. 17; Wadd. 1399, n. 49 (conv. Faesulanum) 1403, n. 1; conv. S. Juliani; 1415, n. 35-6; de quo Aquil. 16, 115.

(8) Cf. not. praeced.

ruit apparitione Iesu Christi consolari et spiritu prophetico claruit, miraculaque fecit et mortuos suscitavit (1).

[Sexagesimum] Capitulum Generale celebratum est Assisii anno **1390**, Ordinis vero 182; per fratrem Henricum Generalem (2), in quo Capitulo Magister Bartholomeus Pisanus presentavit librum de Conformitatibus Beati Francisci, quem nuper ediderat (3).

Hic frater Bartholomeus, Sacre Theologie Magister et magnus predicator, vir utique devotus et sue professionis zelator precipuus fuit et plurimos a demonio obsessos (*a*) liberavit, et alia miracula fecit. Scripsit enim multa, videlicet librum de gestis et dictis Salvatoris. Item, opuscula de passione, de resurrectione et de ascensione Domini. Item, opus, quod Mariale appellavit. Item, de vita et laudibus apostoli Pauli, magnum et pulcherrimum volumen. Item, librum de vita et laudibus Sancti Benedicti, per meditationes et fructus procedens, in duas partes divisum. Alium etiam composuit de laudibus et vita Sancti Dominici. Item, alia opuscula et vitam et miracula Beati Gerardi (*b*) de Valentia, et sermones multos, tam quadragesimales quam de Sanctis per totum annum. Clarebat etiam hac tempestate:

Frater Malcoaldus de Sancto Miniato, vir famosissimus et magni luminis, scientia decorus, nec non profunda humilitate preditus, ob quam ad sacerdotii (*c*) dignitatem nunquam ascendere voluit. Hic multos annos Bononie sacram theologia legit (*d*) (4).

Antonius de eadem terra, Magister Sacrae Theologie, predicator famosus per Italiam, Parisius quoque in lectura floruit (5).

(**47** v:) Franciscus Cremonensis, sacre Theologie et utriusque Iuris Doctor, sue eruditionis experimentum fecit. Ob quas virtutes Episcopus Bergomensis creatus est (6).

Anno Domini **1391** undecima die Novembris, in platea sancte Civitatis Hierusalem a Sarracenis ob predicationem vere fidei cum gladiis, innumerabilibus ictibus, crudeliter interfecti sunt frater Niccolaus de Sibinico, frater Donatus de Ruticinio, frater Petrus de Narbona, frater Stephanus de Lanich, corsus (7).

[Sexagesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Colonie Alamanie anno **1393**, Ordinis vero 185, per fratrem Herincum Generalem (8).

(*a*) Cod. *obsexos.* (*b*) Cod. transp, *vitam B. G. et miracula de Val.*
(*c*) Cod. *ad sacerdotium dignitatem.* (*d*) Cod. *lexit.*

---

(1) *Conf.* 251, 515. Aquil. 3. CG 266 (sub Crescentio Aes.) ALKG II, 260. Wadd. 1241, n. 15; 1334, n. 24; 1368, n. 13; 1506, n. 10.

(2) Glassb. 220. Wadd. 1390, n. 16, qui illud Mantuae fuisse abs. dubio dicit. Gubernat. III, 77.

(3) Hoc opus AF IV et V. Sed approbatum est in cap. Assisien. 1399; AF IV, p. XXIV. De auctore AF IV, p. VII-XXXV. Wadd. *Script.* 48s., 34², 36³. Sbaral. *Suppl.* 109-111, 725; I², 115-6.

(4) Wadd. 1391, n. 2; cf. 1402, n. 4. (5) Wadd. 1391, n. 2.

(6) XIII, 386, 1. Franc. Lante, de Landis, ep. Lunensis 1385; transl. ad ep. Brixien. 13 apr. 1390; transl. ad ep. Cremon. 21 oct. 1390; transl. ad ep. Bergomen. 4 oct. 1401; relatus ad ep. Cremon. 27 sept. 1402; obiit 1405. Eubel, *Hier.* I, 332, 152, 223, 415. (7) Wadd. 1391, n. e et *Suppl.* ibid. n. 1-2.

(8) Videtur 1392. Glassb. 220: Wadd. 1392, n. 3-4. BF VII, n. 96, p. 30. Gubernat. III, 77.

[Sexagesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Arimino, provincie Bononie, per eumdem Generalem anno Domini **1396**, Ordinis vero 188 (1).

[Sexagesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est in Bavaria et Conventu Monacensi per prefatum Generalem, anno Domini **1399** (2).

In Marchia Anconitana et castro, quod Massaccio dicitur, die 22 Aprilis migravit ad Dominum Beatus Iohannes Heremita de 3° Ordine, vita et miraculis insignis (3).

[Sexagesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Assisii, anno **1402**, per fratrem Herincum Generalem (4).

Eodem anno, Ordinis vero 194, in solempnitate nativitatis Beate Marie, Sanctus Bernardinus de Senis indutus est habitum Religionis, anno etatis sue 22, qui valde longe loca familie Observantie et numerum Fratrum verbo sue predicationis dilatavit (5).

Anno **1404** die 23 octobris, illustrissima Chatarina, prima ducissa Mediolani, de 3° Ordine, apud Modoetiam (*a*), oppidum suum, migravit a seculo, que fuit mulier devotissima et virtute pietatis ornata, prudentia multa comitante (6).

Thomasuccius de Noceria, vir utique magne sanctitatis, maximeque abstinentie, ac mundi et sui perfectus contemptor et spiritu prophetie irradiatus, sub habitu et Regula 3ii Ordinis in civitate Fulginei, 19 novembris feliciter transivit ad Dominum (7).

Stuppa, frater 3ii Ordinis et socius Thomasuccii, sanctitate et spiritu prophetico clarus, suas prophetias etiam in scriptis reliquit (8).

(**48r**:) Carolus Montis Granellis et Gualterius Marsus de ipso tertio Ordine apud Fesulas in Heremitorio (*b*) Sancte Marie de Sancto Sepulchro, discipulos sub eodem habitu et Regula coadunant, qui postmodum tertiam Regulam relinquentes et Regule Sancti Augustini adherentes, novum Ordinem Sancti Hyeronimi inceperunt (9).

Thobia de Senis, consobrina Sancti Bernardini, in ipso Beati Francisci tertio Ordine, virtutibus et sanctitate clarebat. Cuius animam ipse Bernardinus ad celum volantem vidit (10).

Frater Herincus de Hast, Generalis Minister, decimo octavo anno sui regiminis, anno **1405**, Ravenne infirmatus, appositus est ad suos patres (11).

(*a*) Cod. *Modentiam.* (*b*) Cod. add. *de.*

---

(1) Glassb. 222. Gubernat. III, 77.

(2) Assisii, non Monachii; Glassb. 223-4. Wadd. 1399, n. 8. Gubern. l. c.

(3) Wadd. 1399, n. 5-6 (e Mar.). (4) L. c. 1402, n. 10; Gub. III, 77.

(5) Wadd. l. c., n. 25. *Acta SS.* Mai. V, 257sqq. De eo Wadd. 1379, n. 1ss., 1402, n. 1ss., 1405, n. 3ss., 22, etc. *Script.* 57s., 40^2, 45^3; Sbar. *Suppl.* 131ss.; I^2, 137ss. Aquil., 18ss. BHL I, 1188ss. cf. AFH II, 333. Chevalier, *Rép.* I, 569s.

(6) Wadd. 1404, n. 5.

(7) Obiit 1377, 15 sept. Amoni, *Il profeta del sec. XIV, o il B. Tommaso Unzio,* Assisi 1877. Faloci, *Delle profezie del B. Tommasuccio da Foligno,* Foligno 1881. MF I, 81-8, 121-5, 151-7, 173-82, 190; II, 3-8, 32, 154-7; VIII, 148-58; X, 160. Wadd. 1333, n. 21; 1377, n. 4-23. *Script.* 324, 220^2, 416^3. Sbaralea, *Suppl.,* 676.

(8) Wadd. 1333, n. 21; 1405, n. 20.

(9) L. c. 1405, n. 20. (10) Wadd. 1380, n. 6s.

(11) Wadd. 1405, n. 1. H. B. Vasallo, *Enrico Alfieri,* Asti 1890. Holzapfel, 88, (78s.).

[Sexagesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est in Argentina Alamanie (1), anno Domini **1405**, Ordinis vero 197, in quo fuit electus in 29 Generalem Ordinis frater Antonius de Perreto, Provincie Rome, qui nimium familiam de Observantia protegit et augumentavit, Sanctum Bernardinum hoc anno apostolicum predicatorem instituit (2); fratrem Iohannem de Stronconio, socium fratris Pauli Trinci super familiam Observantium suum Vicarium et Commissarium fecit (3); super Provinciam vero Sancti Angeli fratrem Niccolaum de Ausmo (4); super Provinciam quoque Tuscie fratrem Niccolaum de Uzano, olim civem florentinum; qui vir locuples (*a*) in seculo, omnibus pauperibus distributis (*b*), factus frater Minor in loco Fesularum sanctissime vixit (5).

Anno **1407** in festo sancti Francisci, Herincus III rex Castelle egrotans ad mortem, habitum Fratrum Minorum indutus expiravit, et in Conventu Tholeti cum habitu seppellitur (6).

[Sexagesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est Aquile, anno Domini **1408**, Ordinis vero 200, per fratrem Antonium de Perreto Generalem (7).

Cum Ecclesia Dei per duo capita gubernaretur, eo quod duo se gerebant pro Summo Pontifice, videlicet Gregorius XI Rome, et ultra monte[s] Benedictus XIII, Cardinales utriusque Pontificis recesserunt ab eis, pro universali Concilio celebrando, Pisas (8) applicantes. Ubi post legitimas citationes (**48** v:) utrique Pontifici factas et non comparentes, eos sententiam privationis et depositionis protulerunt, herethicos et scismaticos declarantes, et conclave ingressi 26 aprilis anno **1409** elegerunt omnium Cardinalium utriusque partis consensu, fratrem Petrum de Candia Ordinis Minorum in Summum Pontificem, Alexandrum V vocantes (9).

Hic Parisius claruit super omnes sui temporis famosus, fuitque disputator acutissimus, orator et predicator egregius et omnium theologorum sui temporis princeps, qui inter ceteros doctores Doctor refulgens appellatur. Scripsit autem subtiliter super 4 Sententiarum libros. Item, Quolibeta aliqua et etiam diversos sermones de diversis materiis.

Hic assumpsit ad Cardinalatum fratrem Hugonem Bilionem (10) doctorem insignem (*c*) qui non solum scientia sed et sanctimonia vite

(*a*) Cod. *locuplex.* (*b*) Cod. *distribuit.* (*c*) Cod. *doctor insignis.*

(1) Non, sed Monachii, Glassb., 225. Wadd. 1405, n. 2s. ChHLeg. I, 89. Gubern. III, 77. Holzapfel, 89ss. (79ss.).

(2) Wadd. 1405, n. 3. (3) Wadd. 1403, n. 1.

(4) L. c. 1427, n. 13-15, 1430, n. 45, 1438, n. 21, 1440, n. 12, 27-9, 1449, n. 18, 1453, n. 21. *Script.* 263, 179[2], 176[3]; *Suppl.*, 550-2.

(5) Wadd. 1399, n. 50; 1415, 35s.

(6) Obiit 25 dec. 1406. Wadd. 1385, n. 12, 1398, n. 3, 1399, n. 4, 1407, n. 2. Barrantes Maldonado, *Cronica del Rey don Enrique*, III, Madrid 1868.

(7) Wadd. 1408, n. 4. Gubern. I, 78.

(8) Raynaldus, 1408, 32ss. Labbe, *Coll. Concil.*, XI (1672) 2114-320. Mansi, *Coll. Concil.*, XXVII, 1ss.

(9) Electus est 26 iun. 1409. Eubel, *Hier.* I, 31. Glassb. 227ss. Wadd. 1409, 1410. *Script.* 6s., 4[2]s., 8[3]s., Sbaral. 8-10; I[2] 9s. Chevalier, *Rép.* I, 140-1. Pastor, I, 147s., I[3], 190s. (L. I, c. III).

(10) Nullum cardinalem creavit. De hoc Hugone O. Praed. cf. AFH II, 468 n. 15.

Ordinem plurimum illustravit. Scripsit enim super 4 libros Sententia- et alia plurima volumina (1).

Alexander papa, cum anno uno et diebus septem in Beati Petri Sede fuisset, Bononie, anno Domini **1410**, die 3ª maii, venenatus, migravit ad Dominum. Qui moriens protulit illum verbum Salvatoris: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* (*a*), statimque emisit spiritum.

[Sexagesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est [Aquile] anno Domini **1411**, Ordinis vero 203, per fratrem Antonium de Perreto Generalem (2).

Concilium Constantie celebrari inceptum est anno Domini **1414**, ad tollendum schisma, quod 39 annos perduraverat (3); ad quod Concilium devoti et timorati Fratres, qui per Franciam dispersi erant, recursum habuerunt et supplicaverunt et obtinuerunt (*b*), ut Observantia, que incepta erat in aliquibus conventibus Provincie Turonie et Burgundie ad instar Italie, in suo vigore permaneret, videlicet, quod quilibet in sua Provincia Vicarium Provincialem possit eligere (4).

Anno eodem in Perusio sub fratre Iohanne de Stronconio, Vicario super Fratres de Observantia, beatus Iohannes de Capristano per fratrem Marchum de Bergamo ad Ordinem receptus est (5).

[Sexagesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est [Gaiete] anno Domini **1414**, Ordinis vero 206, per fratrem Antonium de Perreto Generalem (6).

(**49**r:) Conventus sacer Sancte Marie de Angelis apud Assisium anno Domini **1415** largitus est Fratribus de Observantia; amoti ex eo Fratres Conventuales, per fratrem Antonium de Perreto Generalem (7). Qua propter nova plantula cepit augeri. Triginta vix temporibus istis erant loca per Italiam Observantie; Fratres vero 200 vel circa, inscii et abiecti in conspectu hominum, sed magni in conspectu Dei (8); sed quatuor precipui sanctissimi et doctissimi viri ipsam plantulam nimium auxerunt, dilatarunt, tum eorum doctrina, tum sancta vita miraculis confirmata; qui fuerunt:

Sanctus Bernardinus (9), qui preter suam sanctitatem, Theologia et iure canonico doctus, scripsit, non obstantibus continuis predicationibus, et glossavit omnes epistolas et evangelia totius anni et totum Apocalipsim. Edidit Sermonale de christiana Religione et de evangelio eterno.

(*a*) Ioann. 14, 27. (*b*) Cod. *et.*

(1) Wadd. 1410, n. 2. Venenatio saltem dubia valde.

(2) Romae 1411 ait Glassb. 240-2. Wadd. 1411, n. 2, dicens Marianum in Chronica omittere et locum et tempus. Gubern. III, 78.

(3) 1378-1417, 11 nov. quando electus est Martinus V. Mansi, XXVII, 530ss. H. v. d. Hardt, *Magn. oecum. Concil. Constant.*, Francofurti, 1697-1700, 6 voll. Chevalier, *Rép. topo-bibl.*, I, 778s.

(4) Glassb. 256ss., 258ss. Wadd. 1388, n. 5ss. 1415, n. 7. *Firmament.*[2], p. III, fol. 153. Eubel, BF VII, 311, 29, 43ss., 493-5: Decretum Concilii, 23 sept. 1415.

(5) Wadd. 1385, n. 9ss., 1414, n. 2ss., 1425, n. 10, 1430, n. 6ss., 1431, n. 2ss., 1437, n. 25ss. etc. *Script.* 196s., 134[2]s., 133[3]s. *Suppl.* 401ss. *Acta SS.* oct., X, 439ss., BHL I, 4360ss. Aquil., 10ss. Chevalier, *Rép.* I, 2379-81. AFH III, 144ss.

(6) Lausanae, 1414, 17 oct. Wadd. 1414 n. 5-6. Gubern. III, 78. Glassb. 252. (1415).

(7) Wadd. 1415, n. 32-3.

(8) E vita S. Ioannis Capistr. auctore Nic. Farensi, Wadd. l. c. n. 34. *Acta SS.* oct. X, 453, n. 42.

(9) Cf. p. 705, n. 5.

Item, librum de octo beatitudinibus. De triplici Christi nativitate. Item, tractatum de oratione dominica. Opusculum de articulis fidei. Alium de Spiritu Sancto; alium de Beata Virgine; alium de originali innocentia eiusdem. Item, librum de Vita cristiana; item, alium de contractibus et usuris. Opusculum 23 articulorum ad fratrem Manfredum de Vercellis.

Beatus Ioannes Capristanensis (1), miraculorum patrator, doctrina sacra et iuris civilis et pontificii locupletior. Scripsit enim librum de ecclesiastica auctoritate. Item, opus grande casuum. Item, aliud de usuris, de restitutionibus et contractibus. Item, de excommunicationibus, de iudicio, de inferno, de purgatorio, de blasphemia (*a*), de regimine clericorum, de penitentiis imponendis, de matrimonio. Item, de vitiis et virtutibus. Item, opusculum in tutelam tertii Ordinis. Innumeros sermones predicabiles, et innumeras epistolas in Berbegallum, in Rocachzanam, in Boemos, in Vatrislavienses, hereticos et iudeos.

Beatus Albertus de Sarthi[a]no (2), in lingua latina et greca eruditus, atque in theologica facultate et Sacra Scriptura doctus. Hic excellentissimus orator et predicator plurimas epistolas scripsit, et aliquos tractatus, videlicet: de Corpore Christi (**49** v:); de Penitentia; defensorium sanctorum Fratrum contra Pogium Florentinum. Item tractatum quod nihil nocet ad virtutem humili loco nasci. Item, de insolentibus corrigendis, de conditione amicitie, de malitia invidentie et alia plurima.

Beatus Iacobus de Marchia, non obstantibus innumeris laboribus, crebris discursibus et continuis predicationibus, nonnullos tractatus scripsit, videlicet: Duos libros sermones quadragesimales continentes, et unum de Sanctis; librum per modum dialogi contra Fraticellos de opinione. Item, tractatum disputationum utrum Divinitas in triduo passionis fuit unita personaliter sangnini (*b*) effuso. Item, quatuor tractatus diversos de sanguine (*c*) Christi. Item, dialogum de veritate essentiali corporis humani. Item, alium contra Boemos de Communione sub utraque spetie. Item alium contra Manicheos de Boemia, et alium contra Manicheos de Bosna. Item, tractatum de potentia Dei. Item alium de conceptione Prolis in utero Virginis. De matrimonio interrogatorium pro confessoribus, et magnam Summam casuum, quam Campus Florum nuncupavit, et alios (3).

Hii quatuor viri fuerunt firmissime columpne debilis et parve familie, et quatuor fortissimi (*d*) eius aurige, a quibus ipsa familia per rectum et securum iter ducta, salva semper constitit (*e*), et quatuor fortissimi clipei semper in faciem adversariorum resistentes, et quatuor dira tela emulos ferientes sacris suis verbis et doctrinis, et quatuor tube resonantes, ad quorum sonitus innumeri expergefacti, post eos in sacra Religione Christum secuti sunt. Quorum sollicitudo tota Ytalia, Bohemia, Hungaria et Germania locis familie Observantium repleta sunt.

(*a*) Cod. *blasflemia*. (*b*) Cod. *sanguine*. (*c*) Cod. *sanguinem*.
(*d*) Cod. *fortissime*. (*e*) Cod. *consistit*.

---

(1) Cf. p. 706, n. 5.

(2) Wadd. 1415, n. 28, 1430, n. 38ss., 1433, n. 11, 1434, n. 9ss. *Script.* 5s., 4^2s., 8^3; *Suppl.* 7s.; I^2, 8s. *Aquil.*, 19ss.

(3) Wadd. 1416, n. 2ss., 1426, n. 1ss., 1432, n. 14 etc. *Script.* 184s., 126^2, 125^3. *Suppl.* 372s. Aquil., 10ss. BHL I, 4109. AFH I, 91ss. Chevalier, *Rép.* II^2, 2321.

Anno **1415**, die 13 Martii, apud Perusium obdormivit in Domino sanctissimus Herincus 3i Ordinis, filius Aguini, regis Novergie, Suetie et Datie (1).

Hac fere tempestate in civitate Urbini frater Petrus Hyspanus heremita de 3o Ordine migravit ad Dominum, cuius corpus inventum est exanime, flexis genibus et elevatis manibus, ac si oraret (2).

Per hec quoque tempora iste tertius Ordo in civitate Fulginei, quo ad mulieres cepit reformari per beatissimam Angelinam comitissam de Civitella. Que divinitus spirata infrascripta monasteria fecit, videlicet: Sancte Anne de Fulgineo, (**50** r:) Sancti Onofrii de Florentia, Sancti Quirici de Assisio, Sancte Margarite de Esculo, Sancte Agnetis de Viterbio, Sancti Antonii de Perusio, Sancte Helisabet de Aquila, Sante Marie de Anchona, et Sancte Clare de Reate (3).

Anno Domini **1417** Martinus papa V, noviter electus in Concilio Constantie, fratrem Antonium de Vinione, Sacre Theologie magistrum, Cardinalem fecit (4).

[Sexagesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Mantue, anno Domini **1418**, per fratrem Antonium de Perreto Generalem (5).

Philippus de Tuderto, laycus, in vita et post mortem miraculorum patrator, migravit ad Christum apud Castrum de Milo, Provincie Marchie. Hic socius fuit fratris Pauli de Trincis (6).

Bernardus Antinquus de Fabriano, vir utique sanctus, in Sancto Petro apud Camerinum migravit ad Dominum (7).

Petrus de Fabriano, coquinarius, in eodem loco post exalationem spiritus manebat flexis genibus et manibus iunctis, sicut dum viveret, qui et alia plura signa sanctitatis ostendit (8).

Antonius Purus, in loco Heremite Fabriani ad celum migravit. Sanctitati huius viri Dei invidens diabolus, de alta rupe in hortum Fratrum proiecit; sed minime lesus, Deum plurimum collaudavit (9).

Egidius, unus de primis sociis fratris Pauli de Trincis, nunc suis virtutibus et sanctimoniis plurimum Provinciam Sancti Bernardini lustrabat. Qui cadens in flumen, nil madefactus, illesus exivit (10).

Petrus laycus de civitate Penne, orans, a terra mirifice elevatus visus est, in loco Orsognie sepultus (11).

Iacobus Delle Corone, laycus, vita et sanctitate clarus et miraculorum patrator, apud Burgum Sancti Sepulcri requievit (12).

Iohannes de Stronconio, Vicarius Generalis super familia Observantie adhuc in hac mortali vita erat superstes (*a*), et cum incom-

(*a*) Cod. *super estes.*

(1) Wadd. 1415, n. 13-25 (e Mar.). MF IV, 115-117. (2) Wadd. l. c. n. 26.
(3) L. c. 1377, n. 3, 1392, n. 8-16, 1435, n. 17-21.
(4) Wadd. 1426, n. 7 (e Mar. et Marco Lisb.) sed inter cardinales a Martino V creatos Eubel, *Hier.*, I, 32-33, II, 6s. hic non recensetur.
(5) Wadd. 1418, n. 35. Glassb. 271-2. Gubern. III, 81.
(6) Wadd. 1418, n. 5-8. Rodulphius, 128.
(7) Wadd. 1421, n. 2, 1506, n. 10 (XV^2, 321).
(8) Wadd. 1421, n. 3; 1506, l. c. (9) L. c. 1421, n. 4; l. c.
(10) L. c. 1421, n. 5; l. c. Aquil., 122. (11) Aquil., 122s. Wadd. 1421, n. 13.
(12) Wadd. 1422, 15; *Suppl.* 1420, n. 3.

moda non pauca in costructione loci de Noctria Apulie pateretur, miraculis clarus ibidem quievit in Domino (1).

Dissens'o (*a*) non parva, anno Domini **1419**, oritur inter Sanctum Bernardinum et fratrem Manfredum Vercellensem (2) predicatorem novitatum, et precipue quod natus erat Antichristus; propter quod multa inter eos secuta sunt, et precipue sevissima persecutio XI annis durans de predicatione et ostentatione nominis Iesu.

(**50**v:) Anno **1420** Martinus papa ad dignitatem episcopalem assumpsit fratrem Antonium de Perreto Generalem. E tunc in Vicarium Ordinis dedit fratrem Angelum Salviectum de Florentia, Ministrum Provincie Tuscie (3).

[Septuagesimum] Capitulum Generale celebratum est Forlivio, anno Domini **1421**, Ordinis 213, per fratrem Angelum Vicarium. In quo Vicarius ipse electus est in 30 Generalem (*b*) Ordinis, magister famosissimus in tota Italia (4). Hic Sanctum Bernardinum super loca et Fratres de Observantia, in Provincia Sancti Francisci et Tuscie, Vicarium instituit (5).

Frater Angelus Generalis, intendens ad reformationem Conventualium, Senis infirmatus, obiit 6 octobris, post cuius decessum Vicarius (*c*) Ordinis fuit institutus frater Antonius de Massa, Minister Provincie Tuscie (6).

[Septuagesimum primum] Capitulum Generale celebratum est [Ferrarie] anno Domini **1424**, et Ordinis 215, per fratrem Antonium Vicarium. In quo ipse electus fuit in 31 Generalem (7). Hic magister famosus erat in toto orbe. Qui cum esset vir placabilis et supra modum benignus, ab incepta reformatione et vestigiis sui (*d*) antecessoris omnino declinavit, adeo ut in sex annis sui regiminis Conventuales nimium relaxati sunt.

Verum quantum conventuales a vestigiis Sancti Patris Francisci declinabant, tantum Fratres (*e*) de familia Observantie ipsius (*f*) vestigiis adherentes in omni perfectione et sanctitate florebant. Unde preter 4^{or} luminaria supra dicta, videlicet Sanctus Bernardinus, frater Iohannes de Capristano, frater Albertus de Sarthiano et frater Iacobus de Marchia, quam plurimi nunc florebant, e quibus hos paucos (*g*) subnectam, videlicet:

Iacobus Primaticcius de Bononia, vir venerabilis, qui propter doctrine et sanctitatis sue eminentiam ubique in precio magno habitus est. Hic 6 annis peroptime rexit familiam Observantie, Vicarius Generalis existens: etiam miraculis claruit (8).

(*a*) Cod. *dissessio.* (*b*) Cod. *Generalis.*
(*c*) Cod. *vicarium... institutum... fratrem... Antonium... Ministrum.*
(*d*) Cod. *suis.* (*e*) Cod. *fratrum.* (*f*) Cod. *ipsis.* (*g*) Cod. *hii pauci.*

---

(1) Aquil., 17. Wadd. 1421, n. 14; (Montisplani), 1418, n. 10. Supra, p. 702, n. 7. (2) O. Praed. Wadd. 1420, n. 2ss. Glassb. 278s.
(3) Glassb. 273s. iuxta quem Angelus 1420 obierat. Wadd. 1421, n. 9. Holzapfel, 89s., 690; (79s., 620). Rodulphius, 190v.
(4) L. c. Glassb. 274-7. Gubern. III, 81s. ChHLeg I, 89. De eo Wadd. *Script.* 26, 18^{2}, 21^{3}; *Suppl.* 44; I^{2}, 47. (5) Hoc nonnisi an. 1438 evenit; Wadd. 1438, n. 5s. Aquil., 24. (6) Wadd. 1422, n. 1s.
(7) Glassb. 279s. Wadd. 1423, n. 6ss. Rodulph. 190v. Gubern. III, 82. CBHLeg I, 90. Wadd. *Script.* 35, 25^{2}, 28^{3}. Sbaral. 82, I^{2}, 87.
(8) Aquil., 35. Wadd. an. 1421, n. 13, 1426, n. 11, 1434, n. 13, 1439, n. 7ss. etc.

Marcus etiam de Bononia in omni dicendi facultate peritissimus, famosus predicator, prelatus venerabilis, qui Vicarius Generalis electus, Placentie obiens, miracula patrat (1).

Mattheus de Girgante Sicilie doctissimus et declamator egregius, totam Italiam suis sermonibus et doctrinis et miraculis perlustravit. Tandem episcopus electus a clero de Girgante, optime et sancte officium functus, denique a seculo migravit; non cessat assiduis miraculis corruscare (2).

(51 r:) Antonius de Bitonto, Apulus, sacre Theologie magister, Dei verbi preco excellentissimus (*a*), qui preter suam sanctitatem omnium virtutum locupletissimus inventus, scripsit (*b*) super 4^or^ libro[s] Sententiarum; Questiones plurimas super epistolas [et] evangelia totius anni. Item, duo quadragesimalia, ac alios sermones de Sanctis, et alia plurima. Item Summam admodum perutilem (3).

Albertus de Calabria, vir utique in predicatione famosus, boneque vite et preclare fame (4).

Seraphinus de Gaeta, religiositate et doctrina peritissimus, multos preclaros et sanctos discipulos erudivit (5).

Pacificus de Roma, vir eloquentissimus, magnas et famosas civitates Italie sua predicatione refecit (6).

Bartholomeus de Yano, magister sacre Theologie, nominatissimus predicator, totam Italiam et magnam partem Grecie predicando circuit. Duodecim annis Constantinopolim fuit, Ioseph Patriarcam et Iohannem imperatorem ad unitatem sancte Romane Ecclesie induxit, ac Florentiam ambo cum doctoribus Grecie ire curavit. Hic scripsit Summam non parvi valoris, et Interrogatorium confitentium (7).

Paulus de Assisio in sacra Theologia magister solempnis, celeberrimusque predicator (8).

Franciscus de Trevio (*c*), propter doctrinam ac suam sanctam vitam, omnibus populis in pretio habitus est ac 13 annis Vicarius Provincie fuit (9).

Franciscus de Spoleto, vita religiosa et famosa predicatione per totam Italiam veneratus est (10).

Antonius de Monte Falco, ob claram vitam et eminentem suam doctrinam, universis populis et prelatis Romane Curie et Dominis universe Italie gratus fuit. Hic Vicarius Generalis scripsit vitam Beate Clare de Monte Falco, per modum dialogi (11).

(*a*) Cod. *excellentissime.* (*b*) Cod. *scrissit.* (*c*) Cod. *Trevo.*

---

(1) AFH II, 537ss.

(2) Wadd. 1425, n. 12, 1427, n. 11ss. etc. Sbaralea, 524s. Episcopus agrig. erat 1442, sept. 17, resignavit tunc et successor nominatur 1445, iul. 13. Eubel, *Hier.*, II, 94. *Acta SS.* ian., I, 354.

(3) Aquil.. 39. Wadd. 1426, n. 11, 1449, n. 18, 1452, n. 40, 1453, n. 21 etc. *Script.* 30, 21[2], 24[3]. *Suppl.* 71s.; I[2], 75s.; Chevalier, *Rép.* I[2], 270.

(4) Wadd. 1426, n. 11. Aquil., 21.

(5) L. c., 1449, n. 18, 1453, n. 21. Sbaralea, 656. Aquil., 43, 52.

(6) Wadd. 1426, n. 11.

(7) L. c. n. 12, 1435, n. 10, 1439, n. 2ss. 1441, n. 34, 1444, n. 47, 1483, n. 33. *Script.* 49, 34[2], 37[3]. *Suppl.* 112, 121; I[2], 117, 126. Aquil., 170.

(8) Wadd. 1426, n. 12. (9) L. c. (Trebio). Aquil., 18. (10) L. c.

(11) Wadd. 1449, n. 53, 1453, n. 33, 1454, n. 55 etc. *Script.* 36, 25[2], 28[3]. *Suppl.* 85; I[2], 89.

Antonius alter, sed in Arimino natus, ex sua predicatione per totam Italiam famosus, etiam pluribus annis officium funxit Vicariatus Provincialis; tandem in Monte Luco Spoleti, cum oppinione non parva sanctitatis, in pace quievit (1).

Nicolaus de Ausmo, pater venerabilis et sanctus ac predicator famosissimus, qui cum iurium facultate eruditissimus esset, reduxit sub brevitatem totam legem canonicam per capitula distincta, quod opus textus legis canonice appellatur. (51v:) Scripsit insuper librum predicabilem in duas partes divisum, quem Quadriga nominavit, ab alia Quadriga parva in vulgari. Alium Quadragesimale⟨m⟩ etiam compilavit. Item, Interrogatorium confessorum et supplementum super Pisanellam scripsit. Regulam Fratrum Minorum et Sancte Clare declaravit. Quaestiones nonnullas et alia opuscula condidit (2).

Franciscus de Platea Bononiensis, in utroque iure doctoratus et in sacra Theologia peritus, moribus et vita decorus ac predicatione famosus, scripsit de usuris et de restitutionibus, de censuris et de accidentibus in missarum celebratione (3).

Iacobus de Donzello Bononiensis, doctrina preditus famosissimusque predicator, per totam Italiam cum maximo concursu predicavit (4).

Baptista de Levanto, tanta religiositate et bonitate emicuit et egregia doctrina, ut maximus predicator (*a*) evaderet. Qui etiam bis in Vicarium Generalem electus fuit (5).

Silvester de Radicondolo, vir utique doctissimus et famosus predicator, qui librum pulcrum de Iustitia, et nonnulla alia opera ab se edita reliquit (6).

Iohannes de Prato, doctrina preclarus et in predicatione famosissimus (7).

Hieronimus Della Stupha, florentinus, preco Dei celeberrimus et sanctitate et miraculis clarus (8).

Antonius de Aretio, sacre Theologie magister Parisinus, scripsit super 4^or^ Sententiarum libros et alios plures tractatus; sua quoque predicatione plurimum Italiam lustravit (9).

Bartholomeus de Colle, vir certe doctissimus, lingua et memoria disertissimus ac predicator egregius, per Italiam et Greciam famosus (10).

Herculanus de Piagale, verbi Dei sator precipuus atque sanctitate et prodigiis luminosus (11).

(*a*) Cod. *maximum praedicatorem.*

---

(1) Wadd. 1426, n. 12, 1450, n. 8. Sbaralea, 70; I², 78s.

(2) Cf. supra p. 705, n. 4.

(3) Wadd. 1427, n. 17, 1444, n. 44, 1445, n. 6. *Script.* 132, 89², 91³. *Suppl.* 279s.; I², 295s.

(4) Wadd. 1449, n. 18. Sbaral. 369.

(5) Tagliacarne. Wadd. 1427, n. 17, 1449, n. 18, 1449, n. 43, 1451, n. 56, etc.

(6) Wadd. 1427, n. 17, 1447, n. 39. *Script.* 316, 215², 210¹. *Suppl.* 659.

(7) Wadd. 1449, n. 18, 1450, n. 8, 1453, n. 21, 1455, n. 54 etc. *Script.* 221, 151², 150³. *Suppl.* 453.

(8) Cf. supra. Wadd. 1427, n. 17, 1447. n. 31. 1449, n. 18. Sbaral. 353; I², 374.

(9) Niger. Wadd. 1427, n. 17, 1405, n. 23. *Script.* 29, 21², 24³. *Suppl.* 724; I², 73.

(10) Wadd. 1427, n. 17, 1446, n. 4, 1455, n. 78, 1463, n. 11, 1475, n. 10, 1478, n. 38. *Script.* 49, 35², 37³. *Suppl.* 113s.; I², 119s.

(11) Wadd. 1427, n. 17, 1435, n. 73, 1441, n. 9, 1443, n. 15, 1451, n. 43. Sbaral. 341; I², 360.

Hii omnes viri egregii, preter alios multos mediocres, tempora hec felicia (*a*) reddiderunt.

Frater Iacobus de Marchia, anno **1425** a Papa Martino contra Fraticellos de oppinione mictitur. Qui viriliter persecutus est eos, multos cremare faciens ac armata manu de Italia alios eiiciens (1).

Anno Domini **1427** Sanctus Bernardinus a sequacibus fratris Manfredi pro heretico Rome diffamatus est, eo quod nomen Iesu depictum venerandum ostendebat et venerari (*b*) faciebat. Quapropter Dominus Martinus indixit solempnem disputationem (2). (**52**r:) In qua disputatione contra Sanctum convenerunt inter alios quinquaginta duo magistri Ordinis Predicatorum et decem Heremitarum Sancti Augustini. Qui omnes coram Summo Pontifice coadunati (*c*) et articuli propositi (*sic*), Sanctus Bernardinus sapienter repressit audaciam eorum et catholicum virum [se] esse probavit. Insuper frater Iohannes Capristanensis, cui a fratribus Minoribus commissum fuit, ut nomine omnium defensaret, tantaque facundia, prudentia, valitudineque resumptis sigillatim omnibus eorum falsis argumentis, audacterque confutatis, totam Curiam posuit in stuporem. In nullo igitur obnoxius (*d*) repertus Sanctus Bernardinus (*sic*), ex iussione Summi Pontificis in crastinum per Urbem fit solempnis processio, convocato universo clero. Nomen vero Iesu depictum pro vexillo reverenter circumducitur, et cum amplissima auctoritate, ut per universum orbem predicari (*e*) possit, conceditur.

[Septuagesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Rome, in Araceli, anno Domini **1427**, Ordinis 219, per fratrem Antonium de Massa (3). Obtinuit inter alia cum bulla Sanctus Bernardinus, ut ubique possit recipere loca pro habitatione fratrum de Observantia, ex quo privilegio recepit locum Sancte Crucis, apud Pisas (4), conventum Sereziane (5), conventum Nemoris de Mugello (6) et locum Cethonii (7). Hoc dictum est ad confutationem illorum, qui mendaciter scribunt ipsum Sanctum non fuisse nec vixisse sub Vicariis familie.

Frater Iohannes de Capristano etiam fuit a Papa Martino institutus generalis inquisitor heretice pravitatis contra Fraticellos de oppinione. Qui contra ipsos viriliter persecutus est, illos persequens et eiciens vel puniens, sicut opus fuerat (8).

Quia Ordo, scilicet quoad Conventuales, his temporibus nimium relaxabat[ur] sub fratre Antonio de Massa Generale, Papa Martinus statuit Vicarium Ordinis (9) fratrem [Guglelmum] de Casale

---

(*a*) Cod. *filicia*. (*b*) Cod. *urari*. (*c*) Cod. *quoadunati*.
(*d*) Cod. *obnosius*. (*e*) Cod. *praedicare*.

---

(1) Wadd. 1426, n. 1ss. Eubel, BF VII, 653, 663s.
(2) Wadd. 1427, n. 1ss. *Acta SS.* mai. V, 298. Pastor, I[1], 179ss. (l. II, c. 1).
(3) Erat Monte Casali, Glassb. 286-7. Wadd. 1427, n. 18, Gubernat. III, 82.
(4) Wadd. 1426, n. 18. Gonzaga, 260 (Tuscia, c. XIII).
(5) Sergiani, Wadd. 1405, n. 23. Gonzaga, 253 (Tusc. c. V).
(6) Wadd. 1212, n. 43ss. cf. AFH II, 164. Gonzaga, 260s. (l. c. XIV).
(7) Wadd. 1441, n. 34. Gonzaga, 279 (l. c. XXII).
(8) Cf. p. 706, n. 5.
(9) Wadd. 1429, n. 8, 1430, 1ss. Aquil., 25ss. Rodulph. 1917. *Firm.*[1] *Memor.* f. XXIVs.

Ordinis procuratorem, virum (*a*) utique bonum et religiositate decorum et scientia famosum, qui simul cum Generale usque ad Generale Capitulum Ordinem gubernavit (1).

Anno **1430** ex iussu (*b*) Martini V Summi Pontificis, Assisii celebratum est 73 Capitulum Generale, in quo fuerunt tam Patres Conventuales quam Observantes italici et ultramontani. Ideo primum Capitulum Generalissimum fuit. In quo etiam fuit presidens reverendissimus Iohannes, tituli Sancti Petri ad Vincula, Cardinalis, Reformator Ordinis et Legatus Sedis Apostolice. Et tunc fuit absolutus ab officio frater Antonius de Massa Generalis, eo quod Ordo nimis sub eo relaxatus erat, et electus frater Guglelmus de Casale (**52** v:), Vicarius Generalis, qui fuit 32 Generalis Minister (2). Et tunc fuerunt Constitutiones edite, que Martiniane dicuntur, que commune[s] erant tam Conventualibus quam Observantibus (3).

Primum Capitulum Generale, auctoritate Domini Pape celebratum est anno Domini **1431** in Sancto Paulo apud Bononiam. In quo Capitulo, ex precepto Summi Pontificis Eugenii IV, fuerunt immunes (*c*) ab omni officio reservati sex fratres in predicatione prestantiores, quos ad predicandum in diversas orbis provincias Sua Sanctitas transmictere posset (4). Qui fuerunt frater Iohannes de Capristano, frater Iacobus Primaticcius, frater Iacobus de Monte Brandone marchisanus, frater Albertus de Sarteano, frater Bartholomeus de Aiano (5) et frater Lodovicus de Bononia (6). Familia Observantium nunc per Vicarios Provinciales regebatur, licet super totum corpus ipsius frater Iohannes de Capristano aliquam haberet commissionem a Summo Pontifice. Sicque eam ut Commissarius apostolicus rexit, donec Sanctus Bernardinus fuit primus Vicarius Generalis institutus (7).

Cum vero Sanctus Bernardinus 13 annis fere continue esset ab emulis pro nomine Iesu persecutus et caninis morsibus corrosus, hoc anno **1431** Eugenius Papa, per suas publicas litteras ab ipsorum persecutionibus liberavit, declarans ipsum virum esse catholicum et fidelissimum, heresumque acerrimum extirpatorem (8).

Sacer mons Alverne, opera fratris Francisci de Clusio heremite de 3° Ordine, condonatus est auctoritate apostolica hoc ipso anno Fratribus de Observantia habitantibus in summitate Fesularum (9).

Anno **1432**, Ordinis vero 224, die decima Octobris (*d*) in Arimino migravit ad Superos beatus Robertus de Malatestis de 3° Ordine, anno etatis sue 22, multis clarens miraculis (10).

(*a*) Cod. *vir.. bonus... decorus... famosus.* (*b*) Cod. *iuxu.*
(*c*) Cod. *immuni.* (*d*) Cod. *Ottobris.*

(1) Ll. cc. Sbaralea, 318; I², 336. (2) Wadd. 1430, n. 1-30. Aquil., 27-9. Glassb. 289ss. Gubern. III, 82ss. II, 65ss. Komorowo, *Memor.* 140ss. *Cronic.* 324ss.
(3) Wadd. 1430, n. 7-23. ChHLeg. I, 90-98. Gubern. III, 82-91. *Firm.*², 12r. 14v. cf. Rodulph. 243r.
(4) Wadd. 1431, n. 5. Komorowo, *Memor.*, 151s. *Cron.*, 30. Gubern. III, 91.
(5) Cf. p. 710, n. 8. De Yano.
(6) Wadd. l. c., 1439, n. 6, 1455, n. 77, 80, 1456, n. 117, 1457, n. 47.
(7) An. 1438. Wadd. a. h. an., n. 5ss. Aquil., 27. Glassb. 303. Komorowo, *Memor.*, 152.
(8) Wadd. 1432, n. 1ss. Bulla Eugenii, 7 ian. 1433, l. c. 5 (n. 6s.).
(9) Wadd. 1420, n. 21 (cf. 1213, n. 32ss.), 1431, n. 6, 1436, n. 18.
(10) Wadd. 1432, n. 18-27. *Acta SS.* oct. V, 146-8. BHL II, 7264.

Alii plurimi clarebant in isto 3° Ordine, videlicet:

Petrus de Urbino, qui in vita et post mortem miraculis plurimis fulsit. Sepultus in ecclesia Servorum (1).

Iohannes etiam de Urbino, honorifice sepultus in ecclesia Iesuatorum, in ipso Ordine miraculis claruit (2).

Antimus, germanus eius, sub eadem Regula heremiticam vitam duxit in heremitorio Ripe Sardane, quem Deus (*a*) in vita et post miraculis (*b*) [il]lustravit (3).

Iohannes alter de Calleo sub prefata Regula miraculis fulsit (4).

Alexander de Perusio etiam de ipso 3° Ordine vitam celibem ducens, episcopus (**53** r:) Nocerie factus, in Saxoferrato et conventu Sancti Francisci sepultus, miraculis corruscare non cessat (5).

[Septuagesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Bononie, anno Domini (*c*) **1433**, Ordinis 225, per fratrem Guglelmum Generalem (6).

Anno **1434** venerabile corpus Sancti Bonaventure translatum est ad novam ecclesiam Lugduni fabricatam in honore[m] Beati Francisci (7).

Eodem anno, 10 Augusti migravit ad Christum frater Franciscus Bergomensis episcopus, qui prefatam ecclesiam 34 annis doctrina et exemplo optime gubernavit, adeo quod cum lachrymis sepultus est (8).

Anno **1435** plurimi Fratres fuerunt ad diversas partes et septas christianorum missi per sanctissimum Dominum Papam, ut exortaretur (*sic*) ab eis venire Concilium, ut de veritate fidei et primatu⟨m⟩ sancte Ecclesie Romane disputarent (9).

[Septagesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est Tholose anno **1436**, Ordinis vero 228, per fratrem Guil[l]elmum (10); qui ad reformationem Ordinis intendens, etiam plurima monasteria Sancte Clare sub prima Regula reformavit, sub quadam sorore Collecta, mulier artissime penitentie et sancte vite, que etiam miraculis plurimis fulsit (11).

In Provincia Marchie et loco de Urbino frater Iacobus de Mediolano migravit ad Dominum, miraculis decorus (12).

Plurimi alii fratres sanctitate fulgebant:

Petrus, laycus, de Camerino, quem Deus prodigiis decorum (*d*) fecit (13).

Iohannes de Mercatello, cui aves obedientes erant (14).

Georgius Albanus, vir contemplativus et multarum lacrimarum, et miraculorum patrator (15).

Anno Domini **1437**, ex[h]ortatione fratris Bartholomei de Aiano, commissarii apostolici, Ioseph Patriarcha et Iohannes imperator

(*a*) Cod. *dictus*. (*b*) Cod. *miracula*.
(*c*) Cod. bis *anno Domini*. (*d*) Cod. *decorus*.

(1) Wadd. l. c. n. 29. (2) L. c., 1422 suppl., n. 4. (3) L. c. (4) Wadd. 1432, n. 29.
(5) L. c. 1349, suppl., n. 2. Per saecula XIV et XV unus Alexander «O Min.» poenit. apost. Nuceriae episc. fuit, scil. 1327-1363. Eubel, *Hier.* I, 391.
(6) Wadd. 1433, n. 8s. Gubern. III, 82s. ChHLeg. I, 98. Rodulphius, 243r.
(7) *Opera S. Bon.*, X, 1902, 68s.
(8) Franciscus de (A)regatiis, O. F. M., ep. Bergom. 1403, ian. 31—1437, aug. 6, Eubel, *Hier.* I, 415, II, 236. Wadd. 1403, n. 6. (9) Wadd. 1435, n. 1ss.
(10) Wadd. 1437 (tunc fuit), n. 31-4. Gubern. III, 92s. Rodulph. 243r.
(11) Wadd. 1435, n. 22ss. 1447, n. 41-61. AFH II, 447ss., III, 82ss. *Acta SS.* mart. I, 537ss. BHL I, 1869ss. (12) L. c. 1425, n. 19, 1437, n. 36.
(13) L. c. 1425, n. 19. (14) L. c. 1437, n. 37. (15) L. c. n. 38.

Grecorum Florentiam ad Concilium pervenerunt. Quod Concilium circha festum Omnium Sanctorum inceptum est (1).

Primus Vicarius Generalis Cismontanus auctoritate Summi Pontificis institutus est Sanctus Bernardinus anno Domini **1438**; qui dictum officium invite et recusanti (!) per obedientiam acceptavit (2).

[Septuagesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est Florentie, anno Domini **1438** et Ordinis 231, per fratrem Guillelmum Generalem (3).

(**53** v:) Frater Albertus de Sartiano cum quadraginta fratribus missus est anno Domini **1439** per Dominum Papam ad presbiterum Iohannem et Thomam imperatorem Ethiopie. Qui ad Cayrum veniens, ante Soldanum contra morem et legem ipsorum de fide catholica disputavit. Qui Soldanus generalem licentiam eundi ubilibet per totum Egiptum et Siriam tribuit, dummodo ad Yndios et Ethiopos non transiret (4).

Frater Guillelmus Generalis a Domino Papa et Cardinalibus in Franciam apostolicus legatus (*a*) missus est, ut (*b*) pacem cum Carolo rege Francorum et Duce Burgundie componeret. Qui eos non solum cum Ecclesia reconciliavit, verum et Delphinum magno cum equitatu contra Basiliense⟨m⟩ Concilium mictere procuravit, qui ipsum conventu[m] malignantium dissipavit (5).

Beatus Iohannes de Capristano, isto tempore cum legatis Armenorum de partibus transmarinis redierat, cui Papa post Generalem mictens, iniunxit ut Lombardiam et Galliam predicando discurreret, et apud Dominos illarum partium operaretur, quod fideles persisterent cum Sancta Ecclesia, vel ad obedientiam veri Romani Pontificis redirent. Qui cum tanta efficacia legationem suam prosecutus est, ut Lodovicum ducem Mediolanensem cum Ducissa et alios Dominos Cisalpinos ad obedientiam Eugenii reduxit (6).

Anno Domini **1440**, Arragonum Rex contra Marsilienses insurrexit. et civitatem eorum invasit ac fere omnibus bonis et divitiis suis spoliavit; et inter alia, sacra ossa sanctissimi Lodovici Episcopi abstulit, indignum ducens, ut quem sui antecessores vivum obsidem (*c*) tenuerant, ⟨si⟩ ipse in morte honorem maximum (*d*) ei non preberet. Ideo ipsum ad ecclesiam Valentie transtulit (7).

Frater Albertus de Sarthiano, cum prepeditus esset a Soldano transire in Ethiopiam et in gravem infirmitatem corporis incidisset, per longiorem viam et regiones Grecorum aliquot socios in Indiam destinavit. Ipse vero cum Andrea abbate Sancti Antonii, oratore (*e*) Iohannis Patriarche Iacobinorum, ad Papam Eugenium Florentiam (*f*) rediit, qui se sancte Romane Ecclesie submisit (8).

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(*a*) Cod. *apostolicum legatum missus.* (*b*) Cod. *ad.* (*c*) Cod. *obses.*
(*d*) Cod. *maximo.* (*e*) Cod. postea corr. *oratori.* (*f*) Cod. *Florentie.*

(1) L. c. 1437, n. 1ss., 1439, n. 1ss., 1444, n. 47. Coleti, *Concil.*, XVIII, 1732, 1ss. Mansi, *Coll. Concil.*, XXXI, 459ss. Apertum fuit Ferrariae 9 april. 1438, inde Florentiam translatum ian. 1439. Pastor, I[1], 236ss., (I[4], 301ss.). Glassb. 300s.
(2) Wadd. 1438, n. 5s. cf. p. 706, n. 9. Glassb. l. c.
(3) Nullum hoc anno fuit capitulum; cf. p. 714, n. 10.
(4) Wadd. 1439, n. 14-21. Civezza, *Miss.*, IV, 550s.
(5) Wadd. 1439, n. 2-3. (6) Wadd. 1537, n. 24; 1439, n. 13, 1440, n. 2ss.
(7) Wadd. 1423, n. 6. Rodulphius, 122v. *Acta SS.* aug. III, 799seqq.
(8) Wadd. 1439, n. 5ss. cf. p. 707, n. 2. Civezza, *Miss.*, IV, 569.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno Domini **1442** et Ordinis 233, cum Sanctus Bernardinus sanctissime rexisset circiter annis quinque familiam Observantium, ante Papam constitutus (*a*), (**54**r:) magna cum instantia absolutionem sui officii obtinuit, dicens[se] ad officium predicationis et non prelationis destinatum (*b*) esse (2).

Isto namque tempore frater Guglelmus Generalis, Florentie, XI februarii, non sine parvo dolore Summi Pontificis et maxima tristitia Conventualium et Observantium, migravit ad Dominum, solemniterque sepultus impensis Summi Pontificis (3). Proinde ipse Summus Pontifex Vicarium Ordinis instituit fratrem Albertum de Sartiano, Observantem, intendens ipsum futurum Generalem, ut totus (*c*) reformaretur per ipsum Ordo (4).

Frater Iulianus Verrochius de Florentia, theologus insignis, egregius predicator, disputator acerrimus, lector singularis, per Italiam et Franciam famosus, post Generalem debitum humanitatis ex[s]olvit ac honorifice sepultus (5).

Guido illustris comes (*d*) Montis Feltri, anno Domini **1443**, de mense febbruarii, in ultimis laborans, factus est frater Minor et cum habitu sepultus est (6).

Alphonsus, Ferdinandi Aragonum regis, Neapolim regnans, 27 iunii cum habitu Ordinis a seculo migravit, et cum dicto [h]abitu in sancto Dominico sepelitur (7).

[Septuagesimum septimum] Capitulum Generale Padue celebratum est anno Domini **1443**, Ordinis vero 234, per fratrem Albertum Sartianensem, quod Capitulum secundum fuit Generalissimum, eo quod tam fratres Observantes quam Conventuales de toto Ordine insimul convenerunt (8). In quo fuit electus in 33 Generalem Ministrum frater Antonius de Rusconibus, Mediolanensis (9).

(*a*) Cod. *constitutum*. (*b*) Cod. *destinatus*. (*c*) Cod. *totum*.
(*d*) Cod. *comex* et sic saepius infra.

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III, 294-309, 700-15.
(2) Wadd. 1442, n. 2. *Acta SS.*, mai V, 261*.
(3) Wadd. n. 1 (2 febr.). Glassb. 307; Gubern. I, 184; III, 94. Rodulph. 191. Sbaralea, *Suppl.* 318; I², 336. (4) Wadd. n. 3. Glassb. 307. Aquil. 29ss.
(5) Wadd. 1443, n. 11. *Script.* 232, 158², 156³. Sbaralea, 478.
(6) Wadd. 1438, n. 35; 1425, n. 18. AFH III, 225.
(7) Obiit 27 iun. 1458. Wadd. 1458, n. 9.
(8) Aquil. 30s. Glassb. 307. Komorowo, *Memor.* 153; *Cron.* 330. Rodulph. 191. 243. Wadd. 1445, n. 3, XII, 68s. Gubern. III, 94. ChHLeg. I, 101.
(9) Ll. cc. Sbaralea, 91; I², 95.

Cum Papa audisset Ministrum Conventualem et non Observantem electum (*a*) indignatus, confirmavit dictum Ministrum, ne de cetero contra se ducem Mediolani ad iram provocaret, si Generalem Mediolanensem renueret. Sed ei precepit, ut in italicis partibus super fratres de Observantia fratrem Iohannem de Capristano in Generalem Vicarium institueret, in Ultramontanis vero fratrem Iohannem de Mauperto; sicque deinceps per duos Vicarios familia Observantie gubernata est (1).

Item, Generalis ipse de voluntate Domini Pape prefatis fratribus de Observantia ad habitandum dedit sacrum conventum Sancte Marie de Angelis apud Assisium (2).

In civitate Aquilana, anno Domini **1444** et Ordinis 235, obdormivit in Domino Sanctus Bernardinus, innumeris clarens miraculis (3).

Eodem quoque anno, ultima septembris, in civitate Pensauri et monasterio Corporis Christi ad celestia regna migravit Beata Felix de Mediolano, prima abbatissa dicti monasterii Ordinis Sancte Clare, multis florens prodigiis et miraculis (4).

(**54** v:) Soror Francisca de Fano et Soror Magdalena de Pensauro magna sanctitate emicuerunt in prefato monasterio (5).

Anno Domini **14[4]5** Eugenius Papa post festum Resurrectionis dedit fratri Iohanni de Capristano ceterisque fratribus de Observantia conventum Sancte Marie de Araceli de Urbe (6).

Frater Lanzilaus etiam regali prosapia regis Ung[a]rie, vir utique sanctus, in loco de Scarlino sub beati Thome de Florentia ducatu perfectione multa floruit (7).

[Septuagesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1446** in Monte Pesulano, Provincie Sancti Lodovici, per fratrem Antonium de Rusconibus (8).

Secundum Capitulum Generale Observantium celebratum est eodem anno in conventu Sancte Marie de Araceli per fratrem Iohannem de Capristano, impensis Domini Pape. In quo frater Iohannes de Capristano renunciavit officio in manibus Domini Pape, qui personaliter voluit interesse Capitulo, et vota eligentium audire voluit; et tunc in Vicarium Generalem elegerunt fratrem Iacobum de Primaticcis Bononiensem (9). Et ista fuit prima electio. Sanctus enim Bernardinus et beatus Iohannes fuerunt instituti.

Ipse Summus Pontifex in prefato Capitulo, in auxilio civitatis Hierusalem et Constantinopolitane super Cruciatam instituit Commissarios fratrem Iacobum Primaticcium, Vicarium Generalem, fratrem Iohannem de Capristano, fratrem Albertum de Sartiano et fratrem Iacobum de Marchia⟨m⟩ (10).

(*a*) Cod. *electus*.

(1) Wadd. n. 3ss. Gubernat. II, 69ss. Glassb. 308s. (106ss.).

(2) Falsum; quia iam 1415 obtigerat Observ. Supra III, 706. Wadd. 1415, n. 32s.; cf. 1445, n. 24.

(3) *Acta SS.* mai. V, 261*ss. Wadd. 1444, n. 1-10. Cf. AFH III, 705, n. 5.

(4) Meda. Wadd. 1439, n. 29ss.; 1444, n. 49ss. *Acta SS.* sept. VIII, 751-6.

(5) Wadd. 1439, n. 34; 1444, n. 61. (6) L. c. 1446, n. 25.

(7) Wadd. 1445, n. 13-5; 1447, n. 39.

(8) Wadd. 1446, n. 1ss. Gubern. III, 107.

(9) Wadd. 1446, n. 4. Gubern. II, 76. ChHLeg. I, 114ss.

(10) Variis temporibus huiusmodi munus eis concreditum est; Fr. Iacobo de Primaditiis, v. gr. 1445; Wadd. 1445, n. 8, 1446, n. 10ss.; at non hoc in capitulo, sed iam 1443 dictos Fratres ad hoc munus adhibuit, l. c. 1443, n. 2.

Idem Summus Pontifex 23 iulii dedit Bullam fratribus de Observantia, quae dicitur Eugeniana, eximens (*a*) eos a Ministro Generali (1); et hoc propter fructum, qui (*b*) in dies augmentabatur, tam in numero fratrum quam locorum, et sanctimonia.

Primum Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est in conventu Sancti A[u]domarii, provincie Francie, anno Domini **1447**, per fratrem Iohannem de Mauberto (2).

Isto quoque tempore in Hispania multi fratres scientia et sanctitate conspicui claruerunt, videlicet:

Alponsus de Bonox, sacre Theologie professor et Minister Provincie Castelle (3).

Petrus de Regalada etiam scientia et sanctitate floruit: in vita et post mortem innumeris claruit miraculis (4).

Petrus de Santoyo, qui Custodia[m] de Santoyo instituit, plures conventus reformavit (5).

Lupus de Sanlazar, vir austerus supra modum, Custodiam Burgensem (*c*) hedificavit (6).

In Francia quoque multi Patres vita et religione, scientia et sanctitate probatissimi, quorum doctrina in ipso regno fulget ut sol et luna. Et in Provincia Sancti Bonaventure (**55**r:) precipue supererant frater Iohannes Tilleri, frater Niccolaus Amantis, frater Iohannes Galteri et frater Guglelmus Abrici (7).

Eodem anno **1447** et Ordinis 239, ultima die Octobris (*d*), in civitate Reatina ex hac vita migravit ad superos sanctus frater Thomas de Florentia, vita et miraculis clarus (8).

Tertium Capitulum Cismontanorum celebratum est in loco Nemoris, Provinciae Tuscie, impensis magnifici Cosme de Medicis, anno Domini **1449**, Ordinis vero 251; in quo Capitulo, fratre Iacobo Primaticcio officio renuntiato, fuit electus in Vicarium frater Iohannes de Capristano (9).

[Septuagesimum nonum] Capitulum Generale celebratum [est] Florentie per fratrem Antonium de Rusconibus Generalem; qui post Capitulum, videlicet in sequenti festo Sancti Laurentii debitum humanitatis ex[s]olvit. Hic Generalis, sacre Theologie Magister

(*a*) Cod. *oximens.* (*b*) Cod. *quod.*
(*c*) Cod. *Custodia Burgensi.* (*d*) Cod. *ottobris.*

(1) Sic nominatur bulla « *Ut sacra Ordinis Minorum* » quae tamen data erat iam 11 ian. 1446. Wadd. 1446, n. 2. Gubern. II, 73s. ChHLeg I, 132s.

(2) Wadd. 1447, n. 18. Gubern. III, 109.

(3) Baroxius. *Firm.*[2], p. I, f. 37v. Wadd. 1421, n. 17, 20; 1425, n. 80; 1437, n. 47; 1447, n. 19; cf. 1444, n. 44; 1451, n. 50; 1454, n. 3, *Suppl.*; 1456, n. 231. Obiit 1469; l. c. 1469, n. 10.

(4) Canonizatus 1746; obierat 30 mart. 1456. *Firm.* l. c. Wadd. 1448, n. 2-19; 1456, n. 158-205. *Acta SS.* mart. III, 833. Daza, Ant., *Excelencias.... vida del S. Fr. Petro Regalado,* Valladolid 1627. Chevalier, *Rép.* II[2], 3741. AFH I, 661. Sbaralea, 605.

(5) *Firm.* cit. Wadd. 1429, n. 15; 1430, n. 48; 1431, n. 8; Sbaralea, 608. Videtur obiisse 1431.

(6) Salinas Wadd. 1412, n. 5; 1427, n. 20; 1458, n. 5, 28; 1459, n. 36s. Obiit 1459.

(7) *Firm.*[1], p. I, f. XXXVII, unde et Wadd. 1474, n. 14.

(8) Wadd. 1418, n. 11; 1420, n. 14; 1424, n. 11; 1425, n. 20; 1427, n. 23; 1447, n. 20-41. *Acta SS.* oct. XIII, 860-71. BHL II, 1193-4. Obiit 31 oct. 1447.

(9) AFH I, 164-5. Glassb. 327s. Wadd. 1449, n. 17s. Gubern. III, 110.

et egregius predicator, in omnibus doctum (*a*) se ostendens, singulorum quorumcumque tam oratorum paganorum quam theologorum opera ferme explanare voluit, Lactantium quoque emendare curavit (1).

Clarebat nunc in familia Observantie frater Robertus de Liccio, famosissimus predicator, qui alter Paulus vocabatur; sed quia non recte cum Deo ambulabat, inflatus per applausum et concurrentia[m] populorum, cum aliquibus suis complicibus Familiam egrediens, Conventum petiit. Nam cum quesivisset honorem, dedecus et confusionem reportavit (2).

Ordo Sancte Clare, nuper in civitate Fulginei et monasterio Sancte Lucie renovatus (*sic*), ceperunt sorores monasterii ad alia diversa transmicti et ad alia reformari, et ad fundamenta de novo hedificari (3), videlicet: Monasterium Montis Lucii apud Perusium (4), ex quo prodierunt monasterium Rome Sanctorum Cosme et Damiani (5), monasterium Urbini (6), Are⟨c⟩tii (7), Montisfalcii (8), Eugubii (9), Burgi Sancti Sepulcri (10), Narnii (11), in quibus plurime sorores sanctitate fulserunt.

Soror Margarita de Sulmone, que ad tantum gustum et dulcedinem divinorum pervenit, ut sepe extra se facta ad divina contemplanda raperetur (12).

Soror Felix de Perusio, infirma, in tanta patientia floruit, ut Christum Iesum velut medicum videre mereretur (13).

Soror Theodora, nobilis Romana (14), et soror Margarita, olim Comitissa illustris de Marsio (15).

(**55** v:) In Burgundia quoqũe, in monasterio de Orba, sanctitate vite fulsit soror Colleta, reformatrix, in illis partibus, prime Regule Sancte Clare, cuius meritis Deus multa miracula facit (16).

Ibidem etiam sanctitate emicuit soror Lodovica, ducis Sabaudie filia (17), et in monasterio de Assisio, soror Francisca, vita et sanctitate preclara (18).

Hiis quoque temporibus per mundi climata, sub habitu fratrum Minorum et obedientia Vicariorum, Christo humiliter serviebant multi nobiles, videlicet:

(*a*) Cod. *doctus*.

---

(1) Loc. cit. et supra, p. 122, n. 9.

(2) Aquil. 39ss. Wadd. 1449, n. 18; 1450, n. 7; 1452, n. 35 etc.; 1457, n. 22 etc.; 1495, n. 54-9. Wadd. *Script.* 306s., 208²s., 204³s. Sbaralea, 636-8. AFH III, 568. Chevalier, *Rép.*², I, 779; II, 3998.

(3) Gonzaga, 190. Wadd. 1425, n. 29-31; 1476, n. 67.

(4) Wadd. 1430, n. 54; 1449, n. 53. Gonzaga, 189.

(5) Wadd. 1449, n. 54. Gonzaga, 211.

(6) Wadd. 1419, n. 17; 1438, n. 35. Gonzaga, 247.

(7) Wadd. 1495, n. 8; 1500, n. 48. Gonzaga, 300.

(8) Montisfalconis. Cf. Wadd. 1491, n. 61ss.

(9) Wadd. 1430, n. 54; 1452, n. 64. (10) Wadd. 1461, n. 63. Gonzaga, 191.

(11) Wadd. 1372, n. 45; 1503, n. 29. Gonzaga, l. c.

(12) Wadd. 1394, n. 1; 1425, n. 28ss.; 1449, n. 53ss.; 1469, n. 12.

(13) L. c. 1449, n. 54. (14) L. c. 1449, n. 54; 1469, n. 11.

(15) Venafri. L. c. 1425, n. 31; 1449, n. 54.

(16) Wadd. 1380, n. 12ss.; 1406, n. 4ss.; 1426, n. 24; 1438, n. 39; 1447, n. 40-62. *Acta SS.* mart. I, 532ss. BHL I, 281-2, 1333. Chevalier, *Rép.* I², 972. AFH II, 447-56; 600-612; III, 82-97. Nata est Corbiae; nec Orbiae vivebat Sancta.

(17) Beata. Wadd. 1503, n. 24. Obiit 1503. Chevalier, II², 2900.

(18) Wadd. 1440, n. 24.

Petrus, filius et germanus Regis Portugallie, humiliter degens, qui ad questam pergebat pro pane et alia humilia exercebat, sicut ceteri fratres (1).

Iacobus, Comes Silici, de regio sanguine natus [h]ac tempestate per omnia agebat, sicut frater Petrus (2).

Beatus vero Iacobus de Marchia etiam scribit (3) infrascriptos, videlicet:

Pacificus rex, factus est frater Minor, vir quidem sancte conversationis. Sed ubi, vel de quo fuit rex, ipse non scribit (4).

Iacobus de Francia, maritus regine Iohanne de Neapoli, in fine vite sue habitum induit fratrum Minorum (5).

Petrus, dux Francia (*a*), Niccolaus filius Regis Castelle (6), Karolus dux Francie (7); Christophorus Venetorum dux (8); Petrus, comes de Hungaria (9); Antiqus, comes de Navarra (10); Ludovicus, comes de Imola (11); omnes fratres Minores fuerunt, sive in vita, sive in morte.

In 3° quoque ordine scribit Beatus Cherubinus de Spoleto (12), fuisse infrascriptas (*b*), videlicet:

Maria illustrissima Alphonsi Regis Aragonum uxor (13); Maria, Hungarie regis filia; Maria etiam filia regis Portugallie; Margarita quoque, soror regis Anglie; et Agnes, filia regis Francie.

[Octogesimum] Capitulum Generale celebratum est Rome in Araceli, anno **1450** et Ordinis 242, quod Capitulum fuit quasi generalissimum. Nam Patres Conventuales elegerunt in 34 Generalem Ministrum fratrem Angelum de Perusio (14). Ad quod Capitulum etiam frater Iohannes de Capristano convocavit omnes Patres utriusque Familie, scilicet Cismontane et Ultramontane, propter canonizationem Sancti Bernardini (15). Unde congregati sunt tria millia octingenti Fratres, et Dominus Papa fecit expensas duorum millium aureorum (16).

(*a*) Cod. *Frandie.* (*b*) Cod. *infrascripte.*

---

(1) De hoc tanquam coaevo loquitur S. Iacobus de Marchia (cit. Iacob.), autographo Sermone: *De excellentia Ordinis S. Francisci,* Cod. 42 (35) Bibl. Com. Montisprandonis, e quo illum ap. AFH mox edet R. P. Nic. Dal-Gal, O. F. M.

(2) Iacob. «Castrisilici» f. 213v. (3) L. c.

(4) Iacob. 213r. Num est Pacificus. «rex versuum»? AFH II, 92s.

(5) Est Iacobus de Borbonio, (1370-1438). Cf. AFH III, 598. Chevalier, II², 2311. Iacob. l. c. (6) Iacob. l. c. *De illustr.* f. XLIva.

(7) Ll. cc. de quo iam dixit AFH II, 472.

(8) Huius nominis solus erat Chr. Moro, dux 1462-1471; cf. Cicogna, *Bibliografia Veneziana,* Venez. 1847, 2290.

(9) Iacob. l. c. *De illustr.* l. c., sed uterque commemorat Petr. com. Aragoniae. AFH l. c. (10) Quod nomen in eorum serie non invenitur. (Sancius Henricus?). (11) Lud. Alidosius, Sbaralea, 495.

(12) De eo Wadd. *Script.* 89, 60², 62³; Sbaralea, 191; I², 201. Cuius tractatus, a Mariano allegatus, ineditus videtur.

(13) Uxor Alphonsi V; cf. Wadd. 1445, n. 38; 1452, n. 66. *Acta SS.* mai. V, 270. — Haec et aliae ap. *Firm. De illustr.*, XLIvb.

(14) Wadd. 1450, n. 10. Glassb. 330. Rodulph. 243v. Gubern. I, 110s. ChHLeg I, 122. (15) L. c. Rodulph. 191v. Wadd. l. c.; 1437, n. 3; 1438, n. 2, 28; 1445, n. 27 etc. Sbaralea, 44s.; I³, 47s. Gubern. I, 185ss. (16) Cf. n. 14.

(**56** r:) Eodem tempore, die 24 maii, Nicolaus V ascripsit in cathalago Sanctorum Sanctum (*a*) Bernardinum, olim Provincialem et Generalem Vicarium familie Cismontane (1).

Ipso quoque anno, in solempnitate Assumptionis gloriose Virginis Marie, beatus frater Albertus de Sarthiano, miraculis clarus obdormivit in Domino, in loco Sancti Angeli, apud Mediolanum. Cuius animam Iohannes de Capristano, tunc in Burgo Sancti Sepulcri existens, recto tramite ad celum migrare vidit (2).

Clarebant temporibus hiis in ipsa Familia multi sancti viri, vita, doctrina et miraculis luminosi, videlicet:

Griffonde Frandria (*b*) (3), magnus theologus et doctor Parisinus, litteras et linguas sciens, videlicet grecam, arabicam et sarracenam, qui hoc anno **1450** gentes Maronitas de Monte Libano ad catholicam fidem et obedientiam Sancte Romane Ecclesie reduxit, etiam cum gloria miraculorum. Qui scripsit opus de Topografia atque de itinere Terre Promissionis. Item, quamplurima opera edidit, et alia plurima ad instructionem Maronitarum in linguam siriacam traduxit.

Et preter eos, qui sub anno **1424** notati sunt (4), qui adhuc in suprema (*c*) fama nunc erant, clarebant infrascripti, videlicet:

Michael de Archagnano Mediolanensis, predicatorum gemma, doctrina et miraculis clarus, in ecclesia Sancti Iohannis, apud Laude[m] cotidie multis corruscat miraculis. Hic scripsit multa volumina per modum Sermonum, videlicet: Volumen de decem preceptis; aliud (*d*) de commendatione virtutum; aliud duplicatum per adventum et quadragesimam de penitentia; aliud de peccatis; et aliud a quinquagesima usque ad feriam tertiam in Albis (5).

Pacificus de Navarra, in utroque iure doctor et predicator famosus, in theologia eruditus Summam edidit et sanctitate floruit (6).

Seraphinus Castilioneus, doctissimus et innocentissimus, ardoreque charitatis accensus, non solum aureolam celeberrime praedicationis admodum ornatus, sed angelicam in humanis potius quam humanam vitam ducens, aureola illibate virginitatis insignitus extitit (*e*), nonnullisque corruscans miraculis in loco Sancti Angeli apud Mediolanum, in cappella sancti Bernardini iacet (7).

Christophorus de Medoetia omni virtute et sanctitate, vitaque et signis preclarus, in prefata ecclesia Mediolani requiescit (8).

(**56** v:) Vincentius de Comite, virtutibus ap[prime] decoratus in loco Sancte Crucis apud Comum sepultus est; super cuius tumulo rosa vernans hiemali tempore, cunctis mirantibus, miraculose apparuit (9).

(*a*) Cod. *Sanctus Bernardinus... Provincialis Glis Vicarius.* (*b*) Cod. *Frandria.*
(*c*) Cod. *suplema.* (*d*) Cod. *alium,* et sic infra. (*e*) Cod. *estitit.*

---

(1) Wadd. 1450, n. 1ss. *Acta SS.* mai. V, 271s.
(2) L. c. n. 11s. AFH III, 707, n. 2.
(3) Wadd. 1475, n. 18ss. *Script.* 148, 101², 101³; Sbaral. 313, I², 331. H. Lammens, ap. *Revue de l'Orient chrétien*, IV, Paris 1899, 68-104. Chevalier. I², 1896. (4) AFH III, 709-12.
(5) Wadd. 1506, n. 10. *Script.* 259, 177², 174³; Sbaralea, 541. AFH III, 448-463, 633-63, IV, 24-49.
(6) Novara. Wadd. 1506, n. 10 (XV², 327). *Script.* 271, 184², 181³. 27: Sbaralea, 571. (7) Wadd. 1506, n. 10. Sbaralea, 656.
(8) Modoetia. Wadd. 1435, n. 78. (9) Wadd. 1506, n. 10 (XV², 327).

Bartholomeus de Caymis (*a*) de Mediolano aliam Summam scripsit (1); Lu[c]as de Liccio (2), Iohannes de Volaterris (3), Angelus de Rocha (4), Petrus Capriolus de Brixia (5), Iacobus de Gallio (6), et alii plures erant insignes predicatores et famosi per totam Italiam.

Sed in sanctitate etiam multi clarebant, licet diversis temporibus, videlicet:

Savinus de Campello, in Sancto Damiano sepultus (7).

Benedictus de Camerino (8), Gabriel de Spoleto (9), Franciscus de Florentia (10), Antonius de Tuderto (11) et Bartholomeus de Fano (12), Lodovicus Theuthonicus (13) et Iohannes de Perusio (14), omnes in Monte Perusii sepulti.

Christophorus de Papia (15), Petrus de Perusio (16) in Burgo Sancti Sepulchri iacent.

Paulus de Assisio, laycus, apud Civitatem Castelli conditus (17).

Petrus de Reate, laycus, in loco Speci (*sic*) Sancti Urbani (18).

Ioseph de Eugubio, ad cuius imperium demones de corporibus obsessis (*b*) exibant, apud Spoletum iacet (19).

Honofrius de Seggiano, laycus, apud Nurciam requiescit (20).

Stephanus, laycus, de Civitate Castellana, virtutibus et miraculis pollens, apud Campagnanam sepultus est (21).

Antonius, laycus, de Reate, in loco Greccii vita fun[c]tus, inter celestes (*c*) cives regnat gloriosus (22).

Lucas de Esculo, predicator, spiritu prophetie clarus, miracula patravit et demones de corporibus obsessis expulit (23).

Petrus de Sancto Severino, novitiorum magister, omni virtute et sanctitate decorus, in vita et post miraculis corruscavit (24).

Sanctes de Fabriano, inter alia miranda, valde austerus sui corporis, apud omnes in maxima devotione sanctitatis erat (25).

Iacobus de Scanzano, laycus, cuius anima cum Deo absor[p]ta, in loco Macerate cadaver genuflexum et manibus iunctis reliquit (26).

Niccolaus de Macerata, in seculo scriba, in religione laycus existens, ad culmen sanctitatis pervenit (27).

(*a*) Cod. *Caynis*. (*b*) Cod. *obsexis*, et sic infra. (*c*) Cod. *celestis*.

---

(1) Wadd. *Script.* 49; 35[2], 37[3]. Sbaralea, 113; I[2], 119. AFH III, 588.
(2) Caracciolus de Licio, germanus Roberti. Wadd. 1474, n. 23.
(3) L. c. 1399, n. 17; 1452, n. 35. (4) L. c. 1452, n. 35.
(5) L. c. 1467, n. 9; 1480, n. 4. (6) L. c. 1344, n. 9. Sbaralea, 370.
(7) Obiit 1402, Wadd. an. c., n. 12.
(8) L. c. 1384, n. 1; 1422, n. 6; 1506, n. 10 (XV[2], 318).
(9) Ll. cc. (10) Ll. cc. (11) Ll. cc.
(12) AFH III, 710, n. 7; 713, n. 5.
(13) Obiit c. 1450. Wadd. 1291, n. 59; 1451, n. 46; XV, 318.
(14) Uti n. 8. (15) Wadd. XV, 318; cf. 1530, n. 21. (16) Ll. cc.
(17) L. c. 1402, n. 14; 1499, n. 5, circa quem an. obiit. (18) L. c. XV, 319.
(19) L. c. 1454, n. 53, 62; 1461, n. 23; 1482, n. 45, quo anno decessit.
(20) L. c. 1448 (quo obiit), n. 3; 1265, n. 19.
(21) L. c. 1291, n. 56; XV[2], 320.
(22) L. c. 1265, n. 19 (Nursiae quiescens); cf. 1270, n. 26.
(23) L. c. 1459, *Suppl.* n. 4; XV, 320. (24) L. c. 1506, n. 10, (XV, 31[1]).
(25) L. c. (26) L. c. (27) L. c.

[57 r:] Gaspar de Urbino, laycus, vita et miraculis clarus (1).

Iohannes, laycus, de Traculia Calabrie, qui tanta sanctitate emicuit, ut solo signo crucis infirmos sanaret; apud Fanum sepultus est (2).

Niccolaus de Firmo, laycus, vir magne sanctitatis (3).

Andreas de Colle, pater utique sanctus, primus Guardianus sacri loci Montis Alverne, Florentie sepultus (4).

Clemens, laycus, de Florentia, cui Beata Maria locuta es[t], vir admirande perfectionis, in loco Fesularum quiescit (5).

Meus de Florentia, cui aves parebant et cum ipso domestice conversabantur, in loco Nemoris defunctus (6); Raphael Theutonicus in vita et post, miraculis plurimis fulsit (*a*): apud Centum quiescunt (7).

Stephanus, cuius sanctitatem, miracula ad suum sarcophagum (*b*) a[p]pensa ostendunt, apud Carpum (8).

Mattheus de Faventia, ad cuius nutum aer serenatur, dum predicaret in platea Sulmonis (9).

Damianus predicator, et Iohannes Rubeus de Cremona, laycus, apud Cremonam miraculis corruscant (10).

Bartholomeus de Tridento, vir sanctus et miraculis clarus (11).

Seraphinus Martinellus, in Mantua quiescit (12).

Balthasar, vir sanctitate lucidus, apud Bisnacum in Domino quievit (13).

Franciscus de Zonzino (14), Iacobus de Sancto Salvatore (15) et Iohanninus de Cortona (16), omnes viri in scientia et sanctitate preclari et egregii predicatores, apud Casalem requieverunt.

Franciscus de Placentia, laycus, sanctitate fulgens, apud Torinum ex [h]ac vita migravit (17).

Antonius de Arzeno, vir sanctitate et doctrina clarus, et egregius predicator, in Sancto Angelo apud Mediolanum defunctus a seculo, Deo vivit (18).

Antonius de Cremona, etiam predicator famosus, miraculis fulsit, Vercellis in Domino quievit (19).

Antonius alter de Vercellis, etiam verbi Dei sa<c>tor egregius, totam Italiam lustravit, ac Sermonalia aliqua pro predicatoribus scripsit. In Urbe Veterum pro beato colitur (20).

(*a*) Cod. *fulxit*. (*b*) Cod. *sargophagum*.

(1) 1425, n. 19; 1441, n. 34; 1506, n. 10, 31-2; obiit 1506.
(2) L. c. XV, 321. (3) L. c. 1505, n. 23.
(4) L. c. 1476, n. 51; XV, 322. Primus guard. Observantium.
(5) L. c. XV, 323.
(6) Bartolomaeus. L. c., 1508, n. 16; circa hunc annum decessit.
(7) Wadd. 1455, n. 90; 1494 (quo obiit Mirandulae), n. 64; XV, 325. Gonzaga, 313.
(8) Gallus; mortuus 1484: Wadd. 1149, n. 38: 1490. n. 61: XV², 325. Gonzaga, 311. (9) Wadd. 1355, n. 5, circa quod tempus ibi obiisse notatur.
(10) Wadd. XV, 325, uterque.
(11) L. c. 326; an. 1436, 21 (addit.), 1460 (quo an. obiit), n. 30.
(12) L. c. XV, 326.
(13) Ravaschius a Clavario, Binasci; l. c. 1379, n. 5: 1495. n. 8; XV. 326. AFH II, 523. (14) Wadd. XV, 326. (15) L. c. (16) L. c. (17) L. c.
(18) L. c. 327. (19) L. c.; 1453, n. 43. *Script.* 31, 22², 25³; Sbaralea 74; I², 78.
(20) De Balocho; obiit Urbeveteri 1483; *Script.* 29, 21², 24³; Sbaral. 70; I², 74.

[57 v:] Paulus de Brexia, predicator egregius, sanctitate preclarus, multis miraculis claruit, et inter alia quamdam mulierem cecam apud Varisium illuminavit (1).

Secundum Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Barchinone, anno Domini 1451 et Ordinis 243, in quo fuit electus in Vicarium Generalem frater Theodoricus Aurige (2).

Ipso quoque anno ex hac vita migravit ad celestia regna frater Matheus episcopus de Girgante, in civitate Panormi, cum gloria miraculorum (3). In qua Provincia nonnulli alii sanctitate fulserunt, videlicet:

Iohannes de Ragona, sepultus in Sancto Vito, apud Girgantem (4).

Archangelus de Alcamo, Vicarius Provincie, qui tantam gratiam et potestatem obtinuit a Domino, ut omnes sanaret languores et spiritus immundos eiceret (5).

Andreas de Faventia, devotus predicator, in loco Camerate humatus, prodigiis radiosus (6).

Iohannes de Castro Vinoto, diaconus, apud Cosentiam Calabrie sepultus, vir utique sanctitate preclarus (7).

Paulus de Sinopolis, predicator, Nicotere migrans ad celum, miraculis corruscat (8).

Cola, vita et miraculis clarus, in Castro Taberne sepultus est.

Laurentius, laycus, de Sancto Martino, gratissimus predicator, apud Andriam decedens, migravit ad celum, miracula patrans (9).

Iacobus, laycus, Sclavus, etiam miraculis claruit et spiritu prophetie, in loco de Biteta conditus est (10).

Antonius de Tricarico, etiam laycus, vita et sanctitate clarus, in S. Petro in Galatino requiescit (11).

Iohannes de Conversano, item laycus, plurima miracula vivens patravit, cuius corpus loco Antelle tegitur (12).

Franciscus de Durazzo, etiam laycus, coquinarius, Deo et hominibus gratus, qui in vita et post mortem miraculis fulsit in loco de Oiera (13).

Baptista Theutonicus, Aquile in Sancto Bernardino sepultus, in seculo doctor, in Religione ut sanctus colebatur (14).

Innocentius de Sancto Angelo, predicator, in tanta sanctitate floruit, ut catervatim aves super eum descenderent (15).

Lodovicus Aquilanus, Vicarius Provincie, ad cuius imperium demonia de corporibus obsessis eiciebantur (16).

[58 r:] Martinus et Archangelus de Aquila (17), layci, viri sanctissimi et miraculis luminosi, in Sancto Iuliano requiescunt.

---

(1) Obiit 1477. Wadd. 1469, n. 18; 1477, n. 11; XV, 328.
(2) Wadd. 1451, n. 48s. Glassb. 330ss. Gubern. III, 111. AFH III, 103.
(3) De Gallo, de Gimara, ep. Agrigentinus, 1442-45; inter Beatos relatus. Wadd. 1425, n. 1; n. 1427, n. 11ss. etc. 1451, n. 40ss. Sbaralea, 524.
(4) De Aragonia. L. c. 1476, n. 7; XV, 330. Gonzaga, 445 (conv. VI).
(5) Wadd. XV, 330. (6) L. c. 1493, n. 40 (addit.); XV, 330. (7) XV, 329.
(8) Wadd. 1444, n. 41, 61; 1480; n. 22; 1504, n. 32 (quo anno obiit).
(9) Wadd. 1495, n. 8; XV, 331. (10) Bitecta. L. c. 1432, n. 30.
(11) L. c. 1410, n. 17; XV, 331. (12) XV, 331. (13) L. c. 1305, n. V (add.), circa quod tempus vixisse ibi dicitur. (14) L. c. XV, 332.
(15) L. c. et an. 1531, n. 13, cui tempori mortem eius adscribit Waddingus.
(16) L. c. XV, 332. (17) L. c.

Petrus de Populis, vir Deo et hominibus gratus propter suam sanctitatem, qui etiam diem obitus sui longe ante prescivit (1).

Baptista de Cagnano (2), Baptista de Florentia (3), Damianus de Ripis (4) et Pacificus de Teremis (5), viri sanctissimi et miraculis fulgentes.

Antonius de Sulmone, magister novitiorum, vir magne sanctitatis, cui beatus Franciscus apparuit et de multis cum eo locutus est (6).

Archangelus de Campobasso, Vicarius Provincie, vir mire sanctitatis (7).

Cherubinus de Bergamo, spiritu prophetie clarus, in nomine cuius etiam spiritus immundi eiciebantur, in loco de Campobasso requiescit (8).

Antonius de Leonissa, vir illustris et doctor in seculo, in Religione Provincie Vicarius et prodigii[s] illustrior (9).

Vitalis, laycus, de Albania, visus est a terra per magnum spatium elevatus; spiritu prophetie edoctus, futura predixit, et signis et prodigiis claruit (10).

Paschalis de Ichitellis (11), Iohannes de Monte Ilcino (12) Bernardus de Luceria (13), ambo Vicarii Provinciales, Bernardus de Precina (14), Iohannes Baptista de Sancto Iohanne (15), Antonius de Ripa (16), Petrus Hyspanus (17) laycus; hii omnes viri sancti et amici Dei miraculis (*a*) fulserunt.

Petrus de Anterula, Vicarius Provincie Terre Laboris, tante sanctitatis fuit, ut aquam in optimum vinum mutaret. Apud Lauram requiescit (18).

Raynaldus, laycus, de Orsaria, coquinarius, cui Angeli in coquina servierunt, et plurima prodigia sanctitatis ostendit (19).

Paulus de Levano, laycus, spiritu Dei repletus, per civitates et castra omni die verbum vite solempniter proponebat, cum fructu animarum et gloria miraculorum (20).

Bernardus de Capaccio, vivens miracula patravit atque spiritu prophetico claruit (21).

Herculanus de Piagale, eodem anno **1451**, in Castronovo Carphagnane feliciter obdormivit in Domino, vir nempe sanctus, miraculis clarus et predicator singularis (22).

Anno iam dicto Dominus Papa ad serenissimum imperatorem destinavit beatum patrem Iohannem de Capristano, qui per totam Germaniam et Hungeriam (!) innumeris miraculis corruschavit (23).

(*a*) Cod. *miracula*.

---

(1) L. c. (2) L. c. (3) L. c. 333. (4) L. c. 1505, n. 21.
(5) L. c. XV, 332. (6) L. c. 333. *Acta SS.* oct. X, 516ss.
(7) L. c.; 1513, n. 11, circa quem annum obiisse ibi scribitur.
(8) L. c. XV, 333. (9) L. c. 1511, n. 11 quo anno obiit.
(10) L. c. XV, 333. (11) L. c. 1453, n. 44.
(12) L. c. 1449, n. 40; 1455, n. 52. (13) Bernardinus; 1496, n. 5; XV, 334.
(14) Bernardinus de Procina, l. c. 1453, n. 44.
(15) Potius a S. Iuliano (?), XV, 334.
(16) L. c. 1453, n. 44; 1514, n. 9. (17) L. c. 1496, n. 5.
(18) L. c. XV, 329. (19) L. c. (20) L. c.; 1495, n. 8. (21) L. c. XV, 329.
(22) Wadd. 1427, n. 17; 1435, n. 73; 1441, n. 9; 1443, n. 15; 1451, n. 53ss.; XV, 323. (23) L. c. 1451, n. 5ss. Glassb. 334ss. *Acta SS.* oct. X, 565ss.; supra p. 116.

[58v:] Anno **1452** et Ordinis 244, Aquile celebratum est quartum Capitulum Citramontanorum per fratrem Marcum de Bononia, in quo mille quingenti fratres interfuerunt, et ipse Commissarius in Vicarium Generalem electus est (1).

[Octogesimum primum] Capitulum Generale celebratum est in Perusio, anno Domini **1453** et Ordinis 245, per fratem Angelum de Perusio Generalem (2). Quo tempore ipse Generalis suscitavit maximum bellum contra familiam Observantium, idest contra Bullam Eugenianam. Quapropter Dominus Papa ex omni studio generali Italie congregavit coram se famosiores doctores ad dictam Bullam examinandam, quorum 26 utriusque iuris doctores erant: quibus et quatuor Cardinales addidit. Quam cum subtiliter et diligenter examinassent, unanimiter omnes eam cum suis sigillis bonam esse, licitam, rationabilem et iuri conformem et a voluntate beati Francisci in nullo deviare protestati (*a*) sunt. Quapropter Dominus Papa illam confirmavit et approbavit (3).

Generalis autem de Roma rediens in itinere infirmatus, die 20 augusti mortuus est (4). Quo mortuo, Dominus Papa instituit Vicarium Ordinis fratrem Iacobum de Mozanica, Ministrum Provincie Mediolani (5).

[Octogesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Bononie, anno Domini **1454**, Ordinis vero 246, in quo fuit electus in 36 Generalem Ministrum frater Iacobus Vicarius Ordinis, qui suo tempore familiam sibi subdere pro posse suo conatus est; sed dum persequebatur eam, mortuus est (6).

Tertium Capitulum Generale Ultramontanorum anno supradicto celebratum est Basilice. In quo electus est in Vicarium Generalem frater Iohannes Quiesdeber, vir utique sanctus (7).

Anno Domini **1452**, apud Nurciam obdormivit in Domino sanctus frater Honofrius de Seggiano, Provincie Tuscie, laycus, qui magister fuit in moribus spiritualibus beati Iohannis de Capristano (8).

Frater Iohannes, laycus, de Valterreno, vir magne sanctitatis, cum prefato fratre Honofrio sepultus, miraculis fulget (9).

In Tuscia etiam plurimi fratres in sanctitate clari migrarunt a seculo, videlicet:

Polidorus Romanus, in seculo vir illustris et dominus, in Religione laycus et sanctus, discipulus beati Thome, in Scarlino requescit (10).

Antonius de Senis, [h]ortolanus, discipulus etiam beati Thome, spiritu prophetie et miraculis clarus, cum beato Polidoro sepultus est (11).

(*a*) Cod. *protastati*.

---

(1) Aquil. 38ss. Wadd. 1453, n. 33s. Gubern. III, 111. ChHLeg. I, 132. — De B. Marco, cf. AFH II, 537-47.
(2) Wadd. 1453, n. 25ss. Glassb. 344. Gubern. III, 111.
(3) Aquil. 47ss. 50ss. Wadd. l. c. n. 18ss.
(4) Wadd. l. c. n. 25. (5) *Script.* 184; 125[2]; 125[3]; Sbaralea, 374.
(6) Wadd. 1454, n. 30. Glassb. 349. Gubern. III, 111; I, 186. ChHLeg I, 122.
(7) Basileae, Glassb. 347s. Wadd. l. c. 31.
(8) Supra p. 128, n. 20. (9) Wadd. XV, 319.
(10) Wadd. 1447, n. 31, n. 39; 1454 (quo an. obiit) n. 36.
(11) Aut a S. Regina, l. c. n. 38.

Bernardus Hungerus(!), laycus, hiis quoque temporibus in Provincia Tuscie perfectione vite clarebat, ac ipsam Provinciam sua sanctitate plurimum lustravit (1).

Franciscus de Pappia, clericus, anno supradicto, die 16 augusti in Domino requievit (59r:) in Monte Luco, supra Spoletum. Cuius vita illustris et celebris fuit (2).

Clarebant et alii plurimi, videlicet:

Antonius de Montefalco, Vicarius Generalis per totam Italiam, famosus predicator et tante bonitatis et zeli, ut in pretium haberetur apud prelatos et principes (3). Unde hoc anno **1455**, mortuo Nicolao V, et Cardinales Conclave ingressi, in primo scrutinio ipsum fratrem Antonium in Summum Pontificem elegerunt; sed scrutinium publicatum (*sic*) penituerunt. Super hoc, habito consilio, absque alia pubblicatione, sequenti mane ad alterius electionem (4) processerunt, et elegerunt Callistum (*a*) III, qui ad tuendam Christianitatem plurimos legatos hinc inde transmisit, et inter alios ad Usum Cassanum, Persarum et Armenie principem, et ad regem Tartarorum destinavit fratrem Lodovicum Bononiensem (5), virum utique doctum et sufficientissimum, cum multis et magnis muneribus eos in Turcos excitans. Qui persuasionibus eius magnas Turcis calamitates intulere.

Gabriel de Verona, vir doctus et magnus predicator, bonitate et religiositate ornatus, Vicarius Provincie Austrie, deinde Cardinalis Sancte Romane Ecclesie, scripsit vitam beati Iohannis de Capristano, cuius socius individuus erat (6).

Christophorus de Varisio, in seculo olim legum doctor, vir utique bonus, qui Regulam et privilegia Ordinis multum diffuse declaravit. Scripsit etiam opus privilegiorum Fratrum inter infideles et loca Terre Sancte habitantium per materias distinctum, addens similiter suam declarationem, quam cum legibus approbat. Item, edidit vitam beati Iohannis de Capristano, et alia plurima (7).

Niccolaus de Fara, doctrina preditus, magnus predicator, eleganti stilo scripsit decursum vite eiusdem beati Iohannis. Hic Vicarius Provincialis fuit (8).

Damianus de Padua, doctrina et sanctitate preclarus, predicatorque egregius, multas animas, ubique predicans, per Italiam cum gloria miraculorum ad Dominum convertit. Scripsit enim aliqua opuscula, inter que sunt meditationes passionis Domini nostri Iesu Christi (9).

(*a*) Cod. *Callixtum*, itemque infra.

---

(1) L. c. 1456, n. 153s.; 1505, n. 22.

(2) L. c. 1445, n. 14s.; 1449, n. 25; 1454, n. 40ss.

(3) L. c. 1449, n. 58; 1453, n. 33; 1454, n. 55 etc.; 1457, n. 24, 39ss. *Script.* 36. 25^2, 28^3: Sbaral. 85; I^2. 89.

(4) Wadd. an. 1455, n. 8. Pastor, *Gesch. der Päpste*, I^1, 498 (l. IV, c. I).

(5) Wadd. an. 1455, n. 77, 80; 1456, n. 127s. — Cf. 1457, n. 47ss.; 1460, n. 7ss.: 1476. n. 1.

(6) Rangonus. Wadd. *Script.*, 142, 97^2, 98^3; Sbaral. 297; I^2, 315. Komorowo, 163-6, 175ss., 183ss., 225ss. Glassb. 334, 368, 385, etc. Sed Sancti vitam non scripsit.

(7) *Script.* 90, 61^2, 63^3; Sbaral. 194; I^2, 207. Wadd. 1491, n. 4s. etc. *Acta SS.* oct. X, 491ss.

(8) Wadd. 1451, n. 7, 14, etc. *Script.* 264, 180^2, 177^3; Sbaral. 554. *Acta SS.* l. c. 439ss.

9) Wadd. 1461, n. 26s. etc. *Script.* 99, 67^2, 69^3; Sbaral. 208; I^2, 222.

Antonius de Arimino, frater venerabilis et doctus, per universam Italiam celeberrimus predicator, vir quoque magne virtutis et perfectionis, plurimis annis Vicarius Provincie Sancti Francisci fuit (1).

Andreas de Sancto Gemino, vir probatissimus ac per totam Italiam excellens et famosus predicator, etiam pluries electus est in Vicarium Provincie Sancti Francisci (2).

[59v:] Benedictus de Gavorraccio, Mugellanus, vir bonus et in theologica facultate et sacra Scriptura doctus: sua predicatio ubique precio fuit (3).

Angelus della Roccha, vir quidem sacris literis eruditus, famosusque predicator (4).

Iohannes Veranus de Volaterris, eximie doctrine et predicationis, famosus per totam Italiam erat (5).

Bartholomeus de Senis, sacre Theologie magister et verbi Dei concionator ac Provincie Minister, hoc anno **1455** decessit (6).

Iohannes Riccius de Florentia et Angelus de Civitella, viri sancti et amici Dei et Vicarii Provincie, eodem tempore et anno prefato Aretii migraverunt ad Dominum; in una eadem[que] sepultura sepulti sunt (7).

Antonius, laycus, de Laude, eodem anno, 12 ianuarii, obdormivit in Domino, prodigiis et miraculis clarus (8).

Quintum Capitulum Generale Cismontanorum Bononie celebratum est anno Domini **1455** et Ordinis 247. In quo electus est in Vicarium Generalem frater Baptista de Levanto (9). Qui sex Patres ex iussione (*a*) Summi Pontificis, apostolici predicatores reservati sunt immunes ab omni officio ad sui beneplacitum, ut Cruciatam predicarent contra Turchos. Qui fuerunt beatus Iohannes de Capristano, beatus Iacobus de Marchia, beatus Marchus de Bononia, beatus Antonius de Bitonto, frater Iohannes de Prato, frater Ludovicus de Vicentia (10).

Frater Iacobus de Mozanica, Generalis, post suam electionem veniens ad Dominum Papam, bellum suscitavit adversus familiam Observantium dicens, quod Bulle Eugenii erant subreptitie, et ideo in statu dampnationis erant qui vivebant sub ipsis. Et posito quod essent valide secundum eos, Ordo erat divisus; ideo non fratres Minores sed Bullati erant appellandi. Ex quibus querelis Dominus Papa precepit in proximo festo Omnium Sanctorum Vicario Generali, ut ipse cum omnibus Vicariis Cismontanis et Fratribus idoneis conveniret in Assisio cum Generali Ministro, bonaque Ordinis, pacemque atque concordiam tractaturi (11).

Superveniente tandem festivitate Omnium Sanctorum, cum Conventuales et Observantes in conventu Assisii congregati sunt, ubi fuit pre-

(*a*) Cod. *iuxone.*

(1) Wadd. 1426, n. 12; 1450, n. 8; XV, 319. Sbaral. 70; I², 73s.
(2) Wadd. 1449, n. 18; 1450, n. 8; 1454, n. 63; 1455, n. 86.
(3) L. c. n. 86. (4) L. c. 1452, n. 35. Supra p. 128, n. 4.
(5) Secundo nominatur; supra 128, n. 3.
(6) Wadd. 1455, n. 86. (7) Wadd. 1447, n. 39; 1449, n. 18; 1455, n. 85.
(8) L. c. 1444, n. 65; 1455, n. 85.
(9) L. c. 1455, n. 1. Gubern. III, 112: ChHLeg I, 122s. Glassb. 350.
(10) Wadd. l. c. n. 75s. (11) L. c. 1455, n. 43-65. Aquil. 60ss. Glassb. 351ss.

sidens Legatus Domini Pape Abbas sancti Ambrosii de Mediolano; et aliqua capitula fecerunt (1), in quibus Conventuales et Observantes erant concordes. Super que capitula Legatus Romam reversus (*sic*) ad Dominum Papam, fuerunt composite bulle Callistinarum die 2 februarii anno Domini **1456** et Ordinis 247 (2).

[**60**r:] Frater Laurentius de Panormo hiis temporibus clarebat in Familia, vir utique doctus et bonitate precipuus ac verbi Dei sator egregius. De consilio et assensu Cardinalium Dominus Papa ipsum apostolicum Commissarium instituit in Insulis Orientalibus, ad quas iussit (*a*) ei cum sex fratribus accedere, ut eos ad debellationem Turcorum inducerent (3).

Anno prefato, die vero 4 maii, apud Sulmonem Aprutii migravit a seculo beatus Pater frater Philippus Aquilanus, vita et miraculis clarus (4).

Anno Domini supra memorato, in festo sancte Marie Magdalene, beatus Iohannes de Capistrano apud Belgradum per miraculum victoriam habuit de magno Turcho, cum quinque milia rustici (*sic*) et minus, cum ipse haberet centum millia et ultra Turcos; in qua pugna (5) in gravem incidit infirmitatem, de qua mortuus est.

In subsequenti mense octobris, idest 23, ipse beatus Iohannes spiritum reddidit suo Creatori, etatis sue anno 72, in civitate Vhich sepultus, regni Hungarie, ubi innumeris corruschat miraculis (6).

Frater Gabriel de Anchona predicator egregius, in supradicto anno die 9 novembris beatum exalavit spiritum, in Anchona sepultus ubi miracula multa facit (7).

Quartum Capitulum Ultramontanorum celebratum est Fontinaci, anno **1457** et Ordinis 248. In quo capitulo frater Iohannes renunciavit officio, reservans electionem successoris pro Capitulo generalissimo Mediolani celebrando, in festo sancto Penthe[costes] (8).

[Octogesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est Mediolani per fratrem Iacobum Generalem, anno supradicto, auctoritate Summi Pontificis, quod quidem Capitulum quartum generalissimum fuit (9). In quo Capitulo Generalis noluit intromictere ad electionem fratres de Observantia secundum bullam Ca[l]listinam. Unde exclusi Patres redierunt ad locum S. Angeli, ubi celebraverunt suum Capitulum (10).

Sextum (*b*) Capitulum Generale Cismontanorum eodem tempore celebratum est Mediolani in Sancto Angelo, in quo elegerunt Patres in Vicarium Generalem fratrem Antonium de Montefalco (11).

(*a*) Cod. *iuxit*. (*b*) Cod. *Sestum*.

---

(1) Wadd. l. c. (XII, 273-80).
(2) « Illius, cuius in pace ». Wadd. 1456, n. 129. Gubern. II, 82-5.
(3) Wadd. 1444, n. 44; 1451, n. 57; *Suppl.* n. 2; 1453, n. 33; 1456, n. 19ss. 1457, n. 43. (4) L. c. 1456, n. 216ss. Aquil. 21, 123. AFH I, 657.
(5) Wadd. l. c. n. 34ss. Aquil. 78ss. AFH II, 144ss.
(6) Villaci. Wadd. l. c. 86ss.
(7) L. c. 1456, n. 206s.; 1422, n. 12; 1425, n. 12; 1434, n. 12.
(8) L. c. 1457, n. 51. Glassb. 375.
(9) Aquil. 82ss. Wadd. 1457, 51ss. Glassb. 374s. Gubern. III, 113s.
(10) Ll. cc. (11) Ll. cc. Wadd. n. 55. Komorowo, *Mem.* 180s.

Quintum Capitulum Generale Ultramontanorum eodem tempore, die et loco celebratum est, in quo electus est in Vicarium Generalem frater Teodoricus Aurige (1).

Post primum recessum, Generalis graviter infirmatus, sexta iulii repentina morte preventus, etatis sue anno 40 mortuus est (2).

(**60**v:) [Octogesimum quartum] Capitulum Generale ad instantiam Domini Pape celebratum est Rome in Araceli, anno Domini **1458** et Ordinis 249, quod quintum Capitulum generalissimum est. In quo in 36 (!) Generalem Ordinis eligitur frater Iohannes de Sarzuella, cathalanus, Vicarius ordinis (3). Insuper quoque a familia Cismontana 7 Capitulum, quo[d] vero ab Ultramontana 6 Capitulum Generale est. In quo pro familia Cismontana electus est in Vicarium frater Baptista Taglacarne de Levanto; pro familia vero Ultramontana frater Iohannes Moginus (4).

Alphonsus Aragonie et Sicilie rex, 27 iunii anno prefato, cum habitu Fratrum Minorum indutus, ex hac vita migravit, in sancto Dominico cum habitu nostro sepultus (5).

Cum isto tempore Bulle Eugeniane essent suspense et Ca[l]listine a Patribus Conventualibus non essent acceptate, Patres Familie recursum habuerunt ad dominum Papam Pium II, noviter electum. Qui quicquid Eugenius circa familiam Observantiae, [re]stauravit et multa bona in favorem salubris status Familie statuit. Sicque suo pontificatu cum Conventualibus in pace quievit, omnibus fratribus de Observantia, quocumque appellarentur nomine precipiens, quod sub obedientia Vicariorum de cetero viverent, sub pena excommunicationis late sententie (6).

Anno **1459** in Provincia Apulie et loco de Antella, migravit ad Dominum frater Antonius de Bitonto, sacre Theologie magister, qui etiam nonnulla opera scripsit: hic vir utique beatus ac famosissimus predicator extitit (*a*) (7).

Florentie in loco Sancti Salvatoris, eodem anno frater Hieronymus de Florentia, per totam Italiam predicator famosus, ex hac misera valle subtractus, ad verum Salvatorem Christum Iesum clara luce contemplando perrexit (8).

Isto namque tempore hac vita functus migravit ad celestia regna frater Philippus de Esculo, coquinarius, in vita et post, miraculis corruscans (9).

Anno **1460**, Ordinis vero 252, apud Aquilam ex hoc mundo ad celum transivit frater Massius seu Thommas, laycus, patrator miraculorum (10).

(*a*) Cod. *estitit.*

---

(1) Ll. cc. Glassb. 375, qui hoc cap. negat et eum Fontiniaci electum dicit.
(2) Glassb. 376s. Aquil. 85. Wadd. l. c. n. 37. Rodulph. 192.
(3) Aquil. 83s. Glassb. 377. Vocatur *Jacobus;* Wadd. l. c. 58ss. Rodulph. 192v.s. Wadd. 1458, n. 5. Gubern. I, 189s., III, 114.
(4) Ll. cc. (5) Aquil. 90. Wadd. 1458, n. 9.
(6) Aquil. 91ss. Glassb. 378. Komorowo, *Cron.* 55. Calixtus III obiit 1458, 6 aug., Pius II electus est 19 aug. — Bulla: *Pro nostra,* 11 oct. 1458: Wadd. an. c. n. 20; Gubern. II, 87s.
(7) *Script.* 30, 21², 24³; Sbaral. 71s.; I², 75s. Aquil. 39.
(8) Wadd. 1465 (Suppl), n. 5. (9) L. c. 1459, n. 30.
(10) L. c. 1504, n. 35, ex: Aquil. 117, 18.

Apud Vastum Aymonis, Provincie Sancti Angeli, anno quo supra, celestia gaudia penetravit frater Dominicus Castilionus de Florentia, infirmarius, ab Angelis in celum delatus, ut pueri aliqui viderant (1). In qua quidem Provincia plurimi alii fratres sanctitate fulgebant; videlicet:

Blasius de Cento, vir optimus et sanctus, qui, ut ipse populo predixerat, in pulpito predicans migravit ad Dominum, sepultus in Plebe Castellucci, miraculis corruscans (2).

Angelus delle Pesche laycus, [h]ortulanus, vir contemplativus et prodigiosus, in Luceria Sarracenorum sepultus (3).

(61r:) Ruphinus de Fonezano, laycus, super cuius caput in ecclesia orans magnus ignis visus est (4); Franciscus de Sancto Severino, Robertus de Rodio, Gorgonius et Bernardus, omnes layci et viri sancti, in dicta Provincia clari facti sunt memoria digni (5).

Septimum Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est apud Ausmum, anno **1461** et Ordinis 252, in quo Capitulo frater Ludovicus de Vicentia in Generalem Vicarium electus est (6).

[Sextum] Capitulum Ultramontanorum celebratum est hoc ipso anno in conventu Salmantino, Provincie Sancti Iacobi, in quo fuit electus in Vicarium Generalem frater Zegerius de Dixmunda (7).

[Octogesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est in conventu Assisii, anno quo supra (8).

Anno Domini **1462** orta est questio de sanguine Christi inter beatum Iacobum de Marchia et fratrem Baptistam et fratrem Iacobum de Brixia Ordinis Predicatorum (9).

Anno Domini **1463**, die 9 martii, in civitate Bononie ad celestia regna migravit ancilla Christi beata Catherina, ordinis Sancte Clare, que miraculis fulget (10).

Eodem anno, 12 novembris, in Provincia Castelle, in conventu Complutensi, obiit in Domino frater Didacus, laycus, de Sancto Niccolao, vir eximie sanctitatis, in vita et post mortem innumeris clarens miraculis (11).

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(1) Wadd. 1460, n. 25. (2) Conto. L. c. 26. (3) L. c. n. 27.
(4) L. c. n. 28. (5) Tres, l. c. (Gregorius).
(6) Wadd. 1461, n. 11. Gubern. III, 115. Rodulph. 244r. ChHLeg I, 125ss. Komorowo, *Mem.* 189. Glassb. 389.
(7) Wadd. l. c. n. 16; Gubern. l. c.; Glassb. 388s.
(8) Divione. Ll. cc. Wadd. an. c. n. 10.
(9) Wadd. 1462, n. 1ss. Glassb. 393ss. Pastor, *Geschichte der Päpste*, II², Freiburg 1894, 190s. Pii II, *Commentarii rer. memor.*, Francofurti 1614, 279ss.
(10) Sancta. L. c. 1463, n. 116ss. *Acta SS.* mart. II, 34ss. Chevalier, *Rép.* I², 808s. *Script.* 88, 59²s., 61³s.; Sbaralea, 188s.; I³, 200s.
(11) Sanctus. Wadd. 1463, n. 22-115. Chevalier, I², 1192.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

[Octogesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est in Perusio per fratrem Iacobum Sarzuellam, Generalem, anno **1464**, in quo ipse Generalis pre nimia senectute et maxima oculorum cecitate renuntiavit offic[i]o (2), et frater Franciscus de Savona in 38 Generalem Ministrum electus est. Qui fuit postea Sixtus IV. Hic doctrina clarus et magister theologie, scripsit librum de potentia Dei, de sanguine Christi, de Conceptione Virginis et de futuris contingentibus (3).

[Septimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno supradicto, in conventu Mechelinie Provincie Colonie. In quo fuit electus in Generalem Vicarium frater Iohannes Macrifortis (4).

[Octavum] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est anno quo supra in Sancta Maria de Angelis apud Assisium, in quo frater Marchus de Bononia 2 vice in Generalem Vicarium electus est (5).

Hoc ipso anno Dominus Papa volens litis finem ponere, que inter Beatum Iacobum de Marchia et Fratres Predicatores versabatur de sanguine Christi, Romam multos peritissimos viros et excellentissimos in sacra Theologia magistros (*a*) acce[r]sivit. (**61**v:). Qui omnes ante Summum Pontificem et Cardinalium cetum coadunati, oppinionem Francisci de Mayronis et Beatum Iacobum ab infamia heresis defensarunt (*b*). In qua disputatione magister Franciscus Generalis et frater Guillelmus Varilongus principes fuerunt. Frater Iacobus de Brixia, inquisitor, adstrictus (*c*) fuit verbo et scripto revocare omnia, que dixerat et scripserat contra Beatum Iacobum (6).

Magister Franciscus Generalis tum longe lateque di[f]fudit virtutem, sapientiam et doctrinam suam; ex qua [re] Paulus II eum promovit ad Cardinalatus honorem (7). Hic scripsit... (*d*).

(*a*) Cod. *multi peritissimi... excellentissimi... magistri.* (*b*) Cod. *herexis defensavit.* (*c*) Cod. *abstrictus.* (*d*) Hic in Cod. lacuna 3 linearum et dimidiae.

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III, 294-309, 700-15; IV, 122-37.

(2) Wadd. 1464, n. 9ss. Gubern. III, 116. Rodulph. 244r. Glassb. 411. ChHLeg. I, 135.

(3) Ll. cc. *Script.* 317, 216², 211³; Sbaral. 661ss. Eubel, *Hier.* II, 15, 19-21. Chevalier, II², 4291s. Pastor, l. c. II, 427-637. Infra, 321, n. 3.

(4) Wadd. 1464, n. 13. *Firm.*² 39-40r-v. Gubern. III, 117. Glassb. 411.

(5) Wadd. l. c. Gubern. 116s. Glassb. l. c. ChHLeg I, 135s.

(6) Wadd. sub anno 1462, n. 18 et 1463, n. 1ss. 1464, n. 1ss. Pastor, l. c. disputatio fuit an. 1462.

(7) Die 18 sept. 1467, tituli S. Petri ad Vincula. Eubel, *Hier.* II, 15. Wadd. 1468, n. 13.

Frater Guillelmus Varilongus prefatus, sacre Theologie magister Parisinus, vir quidem doctissimus, post disputationem fatigatus, incidit in gravem infirmitatem pectoris, non sine tristitia totius Romane Curie, de qua tandem moriens in sancta Maria de Araceli sepultus. Cuius exequie (*a*) per reverendissimos Cardinales ex iussu (*b*) Pontificis celebrate fuere. Hic super 4 libros Sententiarum et alios tractatus edidit (1).

Reverendissimus Ludovicus de Libreto, ex regio Francorum sanguine, Cardinalis Sancte Romane Ecclesie, devotissimus filius Beati Francisci etatis sue ... (*sic*) cum habitu Fratrum Minorum migravit ad Dominum et ut Frater solempniter sepultus est in Araceli anno **1465** (2).

[Octogesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Florentie per fratrem Franciscum Generalem, anno Domini **1467** (3).

[Octavum] Capitulum Ultramontanorum celebratum est eodem tempore in Monte Lucio Provincie Burgundie, in quo electus fuit frater Iohannes Philippi in Vicarium Generalem (4).

[Decimum] Capitulum Citramontanorum celebratum est Mantue, anno quo supra, in quo tertia vice fuit electus frater Baptista Taglacarne (5).

Eodem anno in loco Agnonis Provincie S. Angeli frater Thomas Theutonicus, Vicarius Provincie, ad regna celestia migravit. in cūius manibus celebrans (*sic*) hostia conversa est in pulcherrimum puerum (6).

Ipso quoque anno in Tuscia et loco S. Cerbonii apud Lucam ex hac vita functus, perrexit ad Dominum frater Christophorus Crivellus de Mediolano, laycus, vita et sanctitate clarus (7).

Anno **1468**, Ordinis vero 259, die 14 februarii, apud Senas migravit ad Dominum (**62** r:) frater Lodovicus, Vicarius Provincie, qui inter alia signa sue sanctitatis lebrosum sua tunicha indutum mundavit (8).

Anno iam dicto, in loco Forani Provincie Marchie, frater Franciscus de Castro Milo obdormivit in Domino, vir prodigiosus et sanctus (9).

Plurimi alii fratres ultra montes in diversis temporibus et Provinciis sanctitate micuerunt, videlicet:

In Provincia Bohemie et conventu Sancti Niccolai de Bythim requiescit frater Alexius sacerdos, de Signis regni Hungarie, miraculis gloriosus (10).

Iohannes de Misma, primus Vicarius huius Provincie, plurima miracula patrans, inter alia puerum defun[c]tum a mortuis suscitavit (11).

(*a*) Cod. *esequie.* (*b*) Cod. *iuxu.*

---

(1) Wadd. 1464, n. 1ss. *Script.* 157, 108², 108³; Sbar. 332; I², 351.

(2) Ludov. de Allebreto (Lebreto), ep. Carture.: Card. S. Martini in Montibus, ob. 1465, sept. 1; Eubel, *Hier.* II, 14. Wadd. 1465, n. 10. Supra, 308, n. 9.

(3) L. c. 1467, n. 1. Rodulph. 244 r. Gubern. III, 167 s. Glassb. 432.

(4) Glassb. 428ss. Wadd. l. c. n. 2. *Firm.*² 39v. Gubern. III, 118.

(5) Aquil. 105ss. Wadd. l. c. Gubern. l. c. Komorovo, *Mem.* 195. ChHLeg. I, 136. (6) Wadd. 1467, n. 13; XV², 333. (7) Wadd. 1443, n. 15; 1467, n. 14ss.

(8) Wadd. 1449, n. 18; 1463, n. 130; XV, 323. (9) L. c. 322; 1468, n. 11.

(10) L. c. XV, 336. Greiderer, I, 563 sq., 574, 733, 834, 856. (de Sepusio. Zips). Hueber, 1472 (27 iul.).

(11) Wadd. 1453, n. 52; 1467, n. 8; XV, 336; Komorowo, *Memor.* 196 sq. Greiderer, I, ll. cc.

Simon de Liipniize in Clacovia Polhonie, innumeris miraculis corruscat (1).

Iohannes de Ducla (*a*), qui quinque mortuos suscitavit (2).

Niccolaus, laycus, miracula patrat in conventu Versavie (3).

Bimeth de Valentia, predicator, vir sanctus, in loco de Barchinona quiescit (4).

Iohannes de Taglacozo, Provincie Sancti Bernardini, predicator, in insula Cursice in vita et post mortem multis claruit miraculis (5).

Bertinus, laycus, miraculis clarus, in Famausta regni Cipri conditus est (6).

Faustinus de Chiaris (7) et Michael de Aquis, egregius predicator in loco Brixie, viri virtute et sanctitate memoria digni (8).

Daniel de Bergamo, predicator, doctrina et sanctitate decorus, miraculisque fulgens, in loco Bergami requiescit (9).

Robertus de Asula, vir beatus, apud Martinengum sepultus est (10).

Anno Domini **1468**, Paulus II Cardinalem fecit fratrem Franciscum Generalem (11).

Anno Domini **1469**, Ordinisque 260, frater Baptista Taglacarne, Vicarius Generalis, Rome in Sancta Maria de Araceli appositus est ad sanctos patres (*b*) (12).

[Octogesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Venetiis, per fratrem Franciscum Cardinalem, Vicarium Ordinis (13). In quo Capitulo fuit electus in 39 Generalem Ordinis frater Zanetus de Udine, Provincie Sancti Antonii (14).

[Undecimum] Capitulum Cismontanorum celebratum est anno quo supra in Insula Bisentina, Provincie Rome, per fratrem Iacobum de Corneto, Commissarium Generalem; in quo tertia vice electus est in Vicarium Generalem frater Marcus de Bononia (15).

[Nonum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Palcuncule, Provincie Castelle, anno **1470**, in quo fuit electus in Vicarium Generalem frater Franciscus Blonde (16).

(*a*) Cod. *Dulaleopolim.* (*b*) Cod. *a sanctis patribus.*

---

(1) Wadd. 1483, n. 8-35, Komor., 232-6 (obiit 18 iul. 1482). Greiderer, I, 421-5.

(2) B. Ioh. de Dukla obiit 1484, 27 sept. cuius festum agitur 19 iul. *Acta SS.* iul. IV, 510 sqq. AB XVIII, 1899, 270-1. Wadd. 1465, n. 15; 1484, n. 26 sqq. Komorowo, 246-9. Greiderer, I, 425-8.

(3) Passer, Komorowo, 236-7. Wadd. 1457, n. 73; 1454, n. 77 Greiderer, I, 438. Obiit 1476, 5 iun. (4) Wadd. XV, 345.

(5) Wadd. 1456, n. 62; 81 sqq., 1457, n. 10; Sbaralea, 464. AFH III, 144 sqq.

(6) Wadd. XV, 341. (7) L. c. 338.

(8) L. c.; 1480, n. 13; 1487, n. 14; 1491, n. 59; 1492, n. 39; 1495, n. 1; 1497, n. 12. (9) XV, 338. (10) L. c.

(11) Eubel, *Hier.*, II, 15 (18 sept. sed an. 1467). Cf. 321, n. 3.

(12) Aquil., 71 sqq., 83 sqq., 110. Komorowo, 222 s., 181 ss., 195 s. AFH III, 134, 136; II, 544. Wadd. 1469, n. 2. Supra, 136, n. 3.

(13) Wadd. 1469, n. 1. ChHLeg. I, 136. Gubernat. III, 119. Rodulph. 244 r.

(14) Wadd. l. c. sqq., 1463 n. 128, 1472, n. 6 sqq., 1473, n. 28 sqq., 1475, n. 6 sqq. Glassb. 443 sqq.

(15) Wadd. 1469 n. 2. Gubernat. III, 119-20. ChHLeg. I, 137. Glassb. 145. Komor. 203.

(16) Wadd. 1470, n. 12. Gubernat. III, 120-1. ChHLeg. I, 137.

(62 r:) Circha hec tempora in Provincia Calabrie ad sanctos fratres (*a*) appositus est frater Antonius Scozectus de Amantea, predicator, qui solo tactu multos infirmos sanabat (1).

Frater Antonius, laycus, de Stranconio, anno **1471**, die 7 febbruarii, in loco Sancti Damiani, apud Assisium, in Domino requievit, qui multis fulget miraculis (2).

Eodem anno, 9 die Augusti, fuit electus in Papam frater Franciscus de Savona, Cardinalis (3), qui Sixtus quartus elegit nominari, et in toto suo pontificatu tres Cardinales Ordinis creavit, videlicet fratrem (*b*) Iohannem de Vignone (4), fratrem Petrum de Savona (5), nepotem, et fratrem Gabrielem de Verona (6) de familia Observantie.

Anno iam dicto frater Franciscus Blonde, Vicarius Generalis Ultramontanus, prima die octobris, in monte Lucio Burgundie diem clausit extremum (7).

Hoc ipso anno Senis in Conventu ad (*c*) suos fratres appositus est frater Laurentius Iusti, sacre theologie magister et eximius predicator, vere memoria dignus (8).

Anno Domini **1472**, in Sancta Maria de Angelis, apud Assisium, ex hac vita migravit perfectissimus ac sanctissimus vir frater Iohannes Bonnisius de Luca, vita et prodigiis clarus (9).

Ipso quoque anno, apud Scarlinum, Provincie Tuscie, sanctus frater (*d*) Michael de Massa, laycus, hanc in perpetuam vitam feliciter commutavit (10).

(*a*) Cod. *a sanctis fratribus.*
(*b*) Cod. *frater Iohannes,... frater Petrus... nepos... frater Gabriel.*
(*c*) Manus moderna correxit *ad* ex *ab.* (*d*) Cod. *pater.*

---

(1) *Firm.*[2] 40 r-v. Wadd. 1436, n. 24; 1469, n. 2.

(2) Aquil. 17. Wadd. 1471, n. 13-20. *Acta SS.* febr. II, 146.

(3) Eligitur 10 aug. 1471; coronatur 25 aug., obiit 12 aug. 1484. Eubel, II, 16; Pastor, II, (lib. III) 426-637; Chevalier, II[2], 4291-2. Wadd. 1471, n. 1ss.

(4) Iulianus (!) de Ruvere. archiep. Avinionen. 1474, 13 mai, alius Sixti nepos, una cum Petro Riario creatus card., Protector Ord. Min. factus 1471, postea Iulius II (1503-1513). Sed non erat O. M., licet Sixtus IV, uti Glis Minister eum semper secum in conventibus aluerit (Wadd. 1474, n. 5). Eubel, II, 17, 113. Pastor, III, 503-805. Chevalier, II, 2674. — Econtra Sixtus IV tertium ex Ord. Min. creavit card. Eliam de Bourdeilles, archiep. Turonen. (1468, 16 mai.); card. tit. S. Luciae in Silice, 1483, 15 nov.; obiit 1484, iul. 5. Eubel, II, 20, 283. Pastor, II, 516, 594. Chevalier, I, 680 s. B. Th. Poüan, *Le saint cardinal Hélie de Bourdeilles*, Neuville-sous-Montreuil 1900, in-4°, VIII, 477 pp. Wadd. *Script.* 105, 71[2], 72[3]; Sbaral. 226, I[2], 240.

(5) Petrus Riarius, nepos, episc. Tervisinus (1471, 4 sept.), archiep. Florentinus (1473, 20 iul.) Patriarcha Constantinopol. (1472, 23 nov.) creatus cardinalis 15 dec. 1471 tit. S. Sixti; obiit 5 ian. 1474. Eubel, II, 16, 150, 171, 272. Pastor, II, 431 ss. Wadd., 1471, n. 6, 22 ss. Rodulph. 225 s. Chevalier, II, 3942.

(6) Rangone de Verona, ep. Agriensis (Erlau [Eger]) 1475, apr. 24, creatur card. tit. SS. Sergii et Bacchi 1477, 10 dec., obiit 1486, 27 sept. Eubel, II, 19, 93. Rodulph. 226v. Pastor, II, 528, 591, 628, 714. Supra 133, n. 6.

(7) *Firm.*[2] 40v. Wadd. 1470, n. 12; 1471, n. 22. Glassb. 448 ss. 452.

(8) Wadd. 1437, n. 34; 1471, n. 22.

(9) L. c. 1472 (quo obiit) n. 33-59. *Acta SS.* mai V, 100-1. Wadd. *Script.* 194, 133[2], 132[3]. Sbaralea, 397. Rodulph. 100.

(10) Wadd. 1447, n. 39; 1472 (quo obiit) n. 60.

Hoc ipso anno frater Anastasius de Mediolano, laycus, in loco Pensauri, in Domino quievit, quo tempore stella nimio splendore micans, in magnitudine quasi ut sol apparuit supra locum, et ab Angelis anima eius in celum vecta disparuit (1).

Aquile in monasterio Sancte Clare, anno quo supra, ultima februarii obiit a seculo sancta soror Antonia de Florentia (2), prima abbatissa dicti monasterii, cum miraculorum gloria. In quo monasterio etiam infrascripte sanctitate fulserunt, videlicet: soror Lodovica (3) et soror Iacoba de Aquila (4), soror Paula de Fulgineo (5) et soror Bonaventura de Introdocho (6).

Sixtus IV inductus et persuasus a fratre Petro Cardinale nepote, subicere attemptavit Ministro Generali familiam regularis Observantie; sed totus orbis commotus in favorem ipsius Familie, ab incepto Papa destitit, et in gratiam non parvam familiam recepit, et multas gratias et favores contribuit (7). Ultra (*a*) et alias congregationes fovit (*b*) et nutrivit ad instar eiusdem familie Ministro Generali subiectas, videlicet:

Congregatio Capriolorum, a quodam fratre Petro Capriolo de Brixia exordium (**63**r:) habuit, qui tandem cum familia se univit; nunc Provincia Brixie dicta (8).

Congregatio Clarenorum, a quodam fratre Petro Castiliano incepta, que tandem tempore Iulii II cum familia se miscuit (9).

Congregatio Amadeorum, a quodam fratre Amadeo Hyspano, que congregatio adhuc cum non parva confusione Ordinis [permanet] (10).

Congregatio Minimorum, a Sancto Francisco de Paula Calabrese novitio incepta, nunc ab Ecclesia approbata (11).

Congregatio Colectaneorum, a beata Colecta sorore sancte Clare, initium h[ab]uit in Provincia Burgundie et Francie. Hec modo unita cum familia, in pace vivit. Has omnes Congregationes ipse summus Pontifex fovit et nutrivit, ac privilegiis munivit in scandalum Familie et mundi confusionem (12).

Duodecimum Capitulum Citramontanorum celebratum est Aquile, anno **1472**, in quo prima vice electus est frater Angelus de Clavasio, ubi fuerunt duo milia fratrum (*c*) (13).

Translatio corporis sancti Bernardini de ecclesia Sancti Francisci ad pergrandem ecclesiam in suo nomine dedicata[m] in prefato Capitulo peracta est (14).

(*a*) Cod. *Utrum.* (*b*) Cod. *fecit, vovit.* (*c*) Cod. *fratres.*

---

(1) L. c. 1472 (quo obiit) n. 60.
(2) Wadd. 1438, n. 7; 1447, n. 91; 1472, (quo obiit) n. 62-7. AFH IV, 184.
(3) L. c. n. 67. (4) L. c. (5) Wadd. 1447, n. 91; 1470 (quo obiit) n. 5-6.
(6) L. c. 1472, n. 67. (7) L. c. n. 3-4.
(8) L. c. 1467, n. 9; 1480, n. 4. Gonzaga, 22-5. ChHLeg. I, 140. Paul. Sevesi, O. F. M., *Saggio... sull' origine... della Prov. di Milano*, Brescia 1906, 26-8.
(9) AFH III, 254; Gonzaga 23.
(10) Wadd. 1467, n. 9; 1472, n. 32 ss. AFH IV, 48 s. Gonzaga, 23-5. ChH Leg. I, 125. Sevesi, l. c. 24-6.
(11) Wadd. 1507, n. 17 sqq. Minimi autem non erant Minoritae. *Acta SS.* apr. I, 105 ss. F. Lanovius, *Chronicon generale Ord. Minim.*, Lutetiae 1635. Hélyot, *Histoire des ordres religieux*, VII, 426-52. Heimbucher, *Die Orden u. Kongregationen*, II. Paderborn 1907, 527-34.
(12) AFH II, 447-56, 600-12, III, 82-97. Wadd. 1472, n. 31. Gonzaga, 39-40.
(13) Wadd. 1472, n. 6 ss. Gubernat. III, 121. ChH Leg. I, 138. Glassb. 453. Komorowo, 210 s. (14) Wadd. 1472, n. 8, 11 ss.

[Octogesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Ferrarie, per fratrem Zannetum de Udine 38 Generalem ministrum anno quo supra (1).

[Decimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Basilee Provincie Argentine, in quo eligitur in Vicarium Generalem frater Iohannes Chroin (2).

Anno **1474**, in loco Carceris apud Assisium, obdormivit in Domino frater Barnabas de Itera[m]ne, inventor Montis Pietatis, vir quidem doctor in seculo et in Religione sanctus (3).

[Nonagesimum] Capitulum Generale celebratum est Urbini (4), anno Domini **1475** et Ordinis 266, per fratrem Zannectum iam episcopum factum, olim Generalem Ministrum; in quo electus est in 39 Generalem Ministrum frater Franciscus Sanson Provincie Tuscie (5).

[Undecimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est eodem anno et tempore, in Provincia Francie et conventu Sancti Audomarii (6). In quo in Vicarium Generalem eligitur frater Iohannes Philippi (7).

[Decimum tertium] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est tempore quo supra Neapolim (8). In quo prima vice electus est in Vicarium Generalem frater Petrus de Neapolim (9).

Ad instantiam Patriarche Maronitarum, Dominus Papa anno Domini **1476** et Ordinis 267, duodecima februarii, com[m]isit curam et regimen populi Maronitarum fratri Petro de Neapolim, ceterisque vicariis Generalibus qui pro tempore erant (10).

(**63** v:) Per hec tempora orta est dissensio non parva inter Minores et Predicatores circha oppinionem Conceptionis Virginis Marie. Quapropter coram summo Pontifice et tota Romana Curia solempnis disputatio celebrata est. In qua conclusum fuit ipsam (*a*) Virginem non obnoxiam labi peccati in utero matris sue conceptam fuisse, et tunc Generalis consecutus est cognomen Sanson (11).

Anno quo supra Sixtus cum tota curia, tempore indulgentie, venit Assisium ad visitandum et ad videndum corpus beati Francisci (12).

(*a*) Cod. *ipsa virgo obnoxia ab omni labe.... concepta.*

---

(1) L. c. n. 6. Gubern. l. c.

(2) Wadd. l. c. n. 11. Glassb. 454. *Firm.*[2] 41r. Gubernat. l. c.

(3) Wadd. 1461, n. 17; 1474, n. 9-13; AFH II, 34; III, 650ss.

(4) Wadd. 1475, n. 7. Glassb. 459. Komorowo, 212. *Firm.*[1] f. XXXVIIr. Gubernat. l. c. III, 122. ChHLeg. I, 138.

(5) Ll. cc. Wadd. *Script.* 135, 92[2], 93[3]; Sbaralea, 282 s; I[2] 293 s.

(6) Wadd. 1475, n. 8. Glassb. 459. *Firm.*[2] 41r. Gubernat. III, 122 s.

(7) Wadd. l. c.; 1467, n. 2, Glassb. l. c. 428, 435 ss. 448 ss. *Script.* 220, 150[2] 148[3]; Sbaral., 451.

(8) Wadd. 1475, n. 9. Glassb. 459. Gubernat. III, 123 s.

(9) Wadd. 1464, n. 13; 1467, n. 2, 6 ss.; 1475, n. 9; 1477, n. 17 ss.; 1481, n. 7. Sbaralea, 601.

(10) Quae cura commissa videtur 12 febr. 1475 Angelo de Clavasio, Wadd. 1475, n. 22 ss. Cf. Civezza, *Miss.* IV, 292 ss.

(11) L. c. 1477, n. 1-3. Komor., 222.

(12) Wadd. 1476, n. 4 (ex Mariano, l. V. c. 63). Est vero fabula. Crescimbeni, *Origine e propagazione dei falsi racconti sul s. corpo e sepolcro del gl. pat. S. Francesco,* Fuligno 1823, 23 ss.

Beatus Iacobus de Marchia in subsequenti mense Novembris, scilicet 28 die Neapolim spiritum reddidit suo creatori, ubi innumeris corruscat miraculis (1).

In Provincia Sancti Angeli quievit in Domino frater Franciscus Thommasutius de Campobasso, Vicarius Provincie, miraculis clarus (2).

In Tuscia et loco de Scarlino migravit ad Dominum frater Gaspar de Florentia, miraculorum patrator (3).

In Provincia Mediolani, anno Domini **1477** in Domino requievit frater Paulus de Brixia, praedicator, vir utique sanctus (4).

In Provincia Sancti Francisci, post festum Portiuncule ad suos patres appositus est frater Fortunatus de Perusio, Vicarius Provincie, vir vita, doctrina et sanctitate per Italiam famosus (5).

Anno **1478**, apud Alexandriam Egipti 20 martii obdormivit in Domino frater Alexander de Alexandria Lonbardie, Guardianus Montis Sion ac Provincie Tuscie olim vicarius provincialis, vita, scientia plurimum illustris (6).

[Quartum decimum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est Papie, anno quo supra, in quo secunda vice electus est frater Angelus de Clavasio in Generalem Vicarium (7).

[Duodecimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Thuronie (8), in prefato anno, in quo electus fuit in Vicarium Generalem frater (*a*) Guglielmus de Bertho (9).

Hiis quoque temporibus clarebant in Italia plurimi viri scientia et vita illustres, videlicet:

Marcus de Bononia, in theologica facultate et legibus eruditus, religiositate quoque, virtutibus, moribusque preditus, ac santitatis fama luminosus, qui Placentie tandem, miraculis clarus, quievit (10).

Petrus de Neapolim, Vicarius Generalis, vir scientie singularis (11).

Alexander Ariost, qui in legibus et theologia doctus, plurima scripsit, et inter alias Summam perutilem, sive Interrogatorium Enchiridion appellatam. Item super Regulam Fratrum Minorum tractatum per modum questionum, quam Serena[m] Conscientia[m] appellavit (12).

(**65** r:) Bernardinus de Buscis, Mediolanensis, duo magna volumina edidit, que tot sermones et materias predicabiles complectunt[ur], ut cum ipsis pluribus annis in una eademque civitate, quis predicare potest; unum quorum Mariale (*b*) appellat[ur], alterum vero Rosarius (13).

(*a*) Cod. *fratrem Guglelmum.* (*b*) Cod. *Mariade.*

---

(1) Wadd. l. c. n. 33ss. Supra, III, 707.
(2) L. c. 1477, (circa quem obiit) n. 13; XV², 333.
(3) L. c. 1477, n. 4-10. (4) L. c. 1469, n. 18; 1477, n. 11.
(5) De Coppolis. L. c. 1471, n. 10; 1473, n. 8; 1474, n. 11, 15; 1475, n. 25; 1476, n. 67; 1477, n. 13.
(6) Alias Iacobus de Alex. an. 1475, n. 10; 177, n. 17 ss.
(7) Glassb. 464. Komorowo, 221. Wadd. 1478, n. 8.
(8) Castri Rodolphi, Glassb. 464. Wadd. l. c. n. 9. *Firm.* ² 41v.
(9) 1480, n. 32; 1481 Suppl. n. 3. (10) Sup., IV, n. 132, n. 1.
(11) Sup., 323, n. 8.
(12) Ariosti. 1475, n. 22; 1480, n. 12; *Script.* 7, 5², 9³; Sbaral., 12s., I², 13s. Civezza, *Saggio,* 24; *Miss.* V, 37-82. *Ser. Consc.* ed. v. gr. *Firm.* ² III, 131-151.
(13) Wadd. 1474, n. 13; 1480, n. 38; *Script.* 55s.; 39²; 44³s.; Sbaral. 127s.; I² 133s.

Angelus de Clavasio, Vicarius Generalis, divinis humanisque litteris eruditus, Summam perutilem Angelicam nuncupatam annotavit, qui etiam miraculis claret (1).

Evangelista de Perusio Vicarius Generalis, vir utique nobilis et doctus ac regularis observantie zelantissimus (2).

Ludovicus (*a*) de Laturre, Veronensis, Vicarius Generalis, in iure canonico, philosophia, theologia et sacra Scriptura doctus, librum in una nocte qui (*b*) Apologia dicitur, edidit (3).

Hieronimus Torniellus de Navarra, doctor iurium et in sacris voluminibus eruditus, Vicarius Generalis etiam fuit (4).

Franciscus Zenus, Mediolanensis, Vicarius etiam Generalis, plurimum sua doctrina, zelo, bonitate et optimo regimine Religionem lustravit (5).

Paulus de Luca, in sacra theologia eruditus ac Provincialis Vicarius, predicatorque celeberrimus (6).

Franciscus Ragonensis, ex regio sanguine ortus, sua santitate et predicatione totam perlustravit Italiam (7).

Cherubinus de Spoleto, scientia, predicatione et sanctitate famosus, sermonalem scripsit, et de vita coniugali (*c*) in materna lingua volumen exaravit (8).

Bernardinus de Feltro in philosophia et theologia doctus, in predicatione quoque egregius, sed in sanctitate famosus fuit (9).

Marcus de Sancta Maria in Gallo, in philosophia doctor, praedicatorque perutilis et miraculis illustris per totam Italiam habetur (10).

Franciscus Trantius de Mediolano in sacris litteris et legibus doctissimus et predicatione famosus (11).

Dominicus de Ponzono, magnus theologus et predicator famosissimus (12).

Michael de Aquis eximius predicator contra Hieronimum Savonarolam Florentiam venit (13).

Pelbertus per Alamaniam et Hungariam doctrina, predicatione et vita exemplari illustris fuit, qui super 4 Sententiarum libros, scripsit et opus quod Stellarium Beate Virginis, et aliud quod Pomerium vocavit, edidit (14).

(*a*) Cod. *Lodovici.* (*b*) Cod. *quem.* (*c*) Cod. *coniuhali.*

---

(1) Supra 322, n. 13; 324, n. 7. (2) Balionius. 1479, n. 14; 1487, n. 1; 1490, n. 12; 1493, n. 31. Sbaralea, 231; I², 245 s.

(3) Wadd. 1479, n. 14; 1498, n. 1, 1500, n. 3; 1502, n. 24; XV, 319. *Script.* 245; 167² s., 165³; Sbaralea, 504 s. *Apologia* edita est *Firm.*² III, 228-245.

(4) Wadd. 1479, n. 14; 1480, n. 10; 1495, n. 1; 1501, n. 4; 1508 (quo obiit 8 aug.) n. 13 ss. *Script.* 176, 120², 119³; Sbaral. 355; I², 375. Cf. 328, n. 2.

(5) Wadd. 1479, n. 14; 1504, n. 6; 1509, n. 21. *Script.* 141, 96², 97³; Sbaral. 293, I², 310 s. (6) Wadd. 1461, n. 19; 1464, n. 1; 1499 (Suppl.) n. 3.

(7) Aragonia. L. c. 1473, n. 11; 1480, n. 12; 1487, n. 14; XV², 388.

(8) 328, n. 5. (9) Wadd. 1476, n. 49 ss; 1477, n. 15 ss., 1478, n. 12 ss. etc. *Script.* 58, 40², 43³; Sbaral. 134; I², 140.

(10) Wadd. 1480, n. 12; 1496, (quo obiit) n. 2. Sbaral. 513 s.

(11) Trivultius; Wadd. 1482, n. 59.

(12) De Ponzo Spediano. Wadd. 1480, n. 12; 1499, n. 5; XV, 319. Sbaralea, 224, I², 238. (13) Supra 320, n. 8.

(14) Wadd. 1483, n. 35. *Script.* 274, 186², 183³, Sbar. 579, 731.

(64 v:) Antonius de Marchia latina lingua eruditus, inter alia quae scripsit, omnes tres libros Dantis poete, in metro latino convertit (1).

Guillelmus de Sproncata, Corsus, Vicarius Provincie et episcopus factus, predicator veridicus per Italiam famosus (2).

Antonius de Bellocho Vercellensis, doctus et egregius predicator, librum scripsit de duodecim mirabilibus christiane fidei excellentiis: miraculis fulsit (3).

Bartholomeus de Caymis (*a*), Mediolanensis, predicator celeberrimus etiam nonnulla scripsit (4).

Lodovicus de Hilsberg, Provincie Bohemie sacre theologie doctor coloniensis, scripsit librum pulchrum et utilem, qui Trilogium anime intitulatur, vir utique devotus et predicator utilis et famosus (5).

Raphael de Varisio, arte oratoria, phisica, philosophia, theologia et precipua bonitate preditus, concionatorque (*b*) precipuus in magno pretio habitus est (6).

Iacobus Grumellus, brixianus, magnus theologus et egregius lector, gratissimusque predicator, viriliter et audacter, clare et aperte, in faciem Savonarole Florentie semper restitit (7). Omnes supradicti cum plurimis aliis clara fecerunt tempora nostra.

Anno Domini **1478**, die 25 octobris, Rome, illustrissima Domina Catherina Bosne regina ex hac luce subtracta in Araceli seppellitur. Hec siquidem devotissima regina, pluribus annis sub 3 Regula beati Francisci vixit habitumque publice portavit (8).

[Nonagesimum primum] Capitulum Generale, celebratum est Rome, apud Sanctos Apostolos, anno **1479**, Ordinis 270, per fratrem Franciscum Sansone[m] 39 Generalem Ministrum (9).

Franciscus, illustris dux Brittanie cum uxore sua Margarita, habitum induit tertii Ordinis, volens etiam, quod omnes suos curiales et milites saltem c[h]orda precin[c]ti incederent (10).

Ducissa etiam Urbini habitum induit tertii Ordinis.

Anno iam dicto in Tuscia et loco de Barga, transitus sancti fratris Michaelis (*c*) de ipsa Barga innumeris miraculis decorus (11).

Anno Domini **1480**, Florentie obiit sanctus senex Dominicus de Campis, laycus, de cuius gloria certificati sunt fratres eodem die, qua celi ianuam ingressus est cum comitiva sanctorum (12).

(*a*) Cod. *Caynis.* (*b*) Cod. *conciniatorque.*
(*c*) Cod. *Micheelis.*

---

(1) Wadd. 1483, n. 41; *Script.* 35, 25², 28²; Sbaral. 81; I², 85.
(2) De Balania. Wadd. 1481, n. 22 ss., 1482, n. 58; 1489, n. 24; 1490, n. 7. Episc. Sagonen. 1481, 17 dec. — 1493 (quo resignavit); obiit 1506; Eubel, II, 250.
(3) Wadd. 1483, n. 35; XV, 320 *Script.* 29, 21³, 24³; Sbaral. 70, I², 74.
(4) Bernardinus. Wadd. 1477, n. 21; 1483, n. 37; 1484, n. 45; 1493, n. 62. *Script.* 49, 35², 37³; Sbaral. 113 s., I², 119. Cf. Wadd. 1496, n. 5.
(5) Wadd. 1494, n. 53. Sbaralea, 502. Greiderer, I, 734.
(6) De Griffis. Wadd. 1469, n. 18; 1483, n. 36; Sbaral. 625.
(7) Wadd. 1483, n. 36. *Script.* 183, 125², 124³. Sbaral. 370.
(8) Wadd. 1458, n. 35; 1475, n. 3; 1378 (quo obiit 25 oct.) 50.
(9) Wadd. 1479, n. 3; Rodulph. 244. Glassb. 475. Gubernat. III, 124-5.
(10) Wadd. 1479, n. 13 (ex Mar.); 1483. n. 53. Franciscus II, obiit 1488, sept. 8 (9). Chevalier, I², 1572. (11) Wadd. 1479, n. 8-12.
(12) Wadd. 1440 (quo obiisset) n. 18; (1447, n. 39); 1480, n. 6.

In Provincia sancti Angeli, ipso anno vocatus est ad Superos frater Ludovicus (*a*) de Placentia, Vicarius Provincie, miraculis gloriosus (1).

(**65** r:) In Apulia etiam carne soluta migravit ad Superos frater Laurentius, laycus, vir utique sanctus (2).

In monasterio Sancte Clare, Pensari, 8 septembris obdormivit in Domino, soror Seraphina de Colunnensibus, Abbatissa, vita, virtutibus et miraculis clara (3).

Circa hec tempora in Cursica migraverunt ad celum frater Petrus de Bieta, et frater Leo de terra de Bugno, viri sanctissimi et prodigiis luminosi⟨s⟩ (4).

Frater Franciscus Sagar hispanus, missus est per Dominum Papam ad presbyterum Iohannem, qui cum de Cayro recessisset et per plurimos dies ambulasset, infirmatus est: non potuit iter suum perficere. Sed litteris apostolicis da⟨c⟩tis socio suo fratri Iohanni de Calabria, ad Dominum Papam reversus est (5). Frater Iohannes prefatus iter suum persequens, undecim mensibus ambulavit, et venit ad ipsum presbiterum, qui illum defunctum inveniens, nihil boni pro quo missus fuerat secutus est. Sed cum rediisset Hierusalem ab (*b*) infidelibus et hereticis captus et occisus ad etherea regna migravit cum gloria miraculorum.

Anno Domini **1481**, Ordinis vero 272, apud Esculum, Provincie Marchie ad sanctos patres appositus est frater Petrus de Florentia, miraculis corruscans, et inter alia quinque annos post obitum suum sanguis recens [ex eo] emanavit (6).

[Quintum decimum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est Ferrarie, anno quo supra, in quo electus est secunda vice frater Petrus de Neapolim in Vicarium Generalem (7).

[Tertium decimum] Capitulum Generale Ultramontanorum eodem anno et tempore celebratum est in Monte Luco, Provincie Burgundie, in quo tertia vice electus fuit in Vicarium Generalem frater Iohannes Philippi (8).

[Nonagesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Rome in Sancto Apostolo (!), anno Domini **1482**, Ordinis vero 274, per fratrem Franciscum Sansonem Generalem (9).

Quo tempore, videlicet die 14 aprilis, summus Pontifex Sixtus IV, cathalago sanctorum ascripsit Sanctum Bonaventuram, episcopum Albanensem (10).

Frater Petrus de Neapolim, Vicarius Generalis ex voluntate Domini Pape, precepit fratri Antonio de Modentia, fratri Hieronymo Torniello, fratri Simoni de Regio, fratri Bernardino

---

(*a*) Cod. *Ladovicus*. (*b*) Cod. *ab*, postea corr.

---

(1) L. c. n. 7. (2) Aquil. 57 (?) Cf. Wadd., 1495, n. 8.
(3) Wadd. 1478, n. 40-9. (4) Brieta, de Petra Buni. 1482, n. 50-1.
(5) Wadd. 1480, n. 9. Fr. Suriano, *Il trattato di Terra Santa e dell'Oriente*, ed. G. Golubovich, Milano 1900, 80 ss. Civezza, *Miss.* V, 380 ss.
(6) Wadd. 1481, n. 8. (7) L. c. n. 7. Komorowo, 229. Glassb. 479. ChHLeg. I, 141 s. Gubernat. III, 126-8.
(8) Wadd. l. c. Glassb. 478. *Firm.*[3] 41 v. Gubernat. III, 128-9.
(9) Brixiae, non Romae. Wadd. 1482, n. 57. Rodulph. 244.
(10) Wadd. l. c. n. 1 ss. S. Bonav. *Opera*, X, 70 ss.

de Sonzino, et fratri Lodovico de Regio, ut ad Dominum Papam Romam irent, qui eos mictere statuit in Indiam, ad presbiterum Iohannem; qui itinere prepedito (*a*), non iverunt (1).

Ipso quoque anno in Cursica obiit frater Pacificus de Novaria, pater venerandus, qui et Summam: pacificam conscientiam (!) edidit (2).

(**65** v:) Sextum decimum Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est, anno Domini **1484** et Ordinis 276, in sacro Monte Alverne. In quo tertia vice electus est frater Angelus de Clavasio (3).

Decimum quartum Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est eodem tempore Brugis, in quo secunda vice, electus est frater Iohannes Chroin (4).

Eodem anno, die 4 augusti, in Sancta Maria de Angelis apud Assisium ex hac vita migravit ad superos sanctus frater Cherubinus de Spoleto, egregius predicator, miraculis clarus (5).

In Tuscia etiam requievit in Domino frater Iacobus de Cortona, predicator, sanctitate fulgidus et miraculis (6).

Florentie item migravit ad Christum frater Egidius, laycus, de Florentia, prodigiis et sanctitate decorus (7).

Rome circha festum Omnium Sanctorum, mortuus est frater Gabriel de Verona, Sancte romane Ecclesie Cardinalis, in Araceli sepultus (8).

[Nonagesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est [Casali Montisferrati] (*b*) per fratrem Franciscum Sanson, anno Domini **1485**, Ordinis vero 277 (9).

Anno Domini **1486**, in nocte sancte Cecilie, Mantue transivit ex hoc mundo ad celestia regna, frater Sistus de Mediolano, vir sanctitate et miraculis clarus (10).

Frater Seraphinus de Mantua iuxta fratrem Sixtum sepultus, quantis meritis apud Deum vivens fuisset, miracula sua hoc satis protestant[ur] (11).

Frater Bartholomeus de Tridento, etiam sanctitate florens, miraculis corruscavit (12).

In civitate Aquile, etiam anno iam dicto, migravit ad Christum sanctus frater Iulianus Theutonicus (13).

In Thuscia et loco Scarlino in Domino requievit frater Petrus Antonius de Cortona, predicator, qui ante longe obitum suum prescivit, et parentibus suis predixit et ad patientiam exhortavit (!) (14).

Etiam in Tuscia migravit Sanctus frater Alexander de Verona, vir prodigiosus (15).

(*a*) Cod. *quorum iter prepeditus.* (*b*) In cod. lacuna; sic et infra saepius.

---

(1) Wadd. 1480, n. 10; 1482, n. 60. Civezza, *Miss.* V, 384ss.
(2) L. c. n. 47. *Script.* 271, 184², 181³; Sbaral. 571.
(3) Wadd. 1484, n. 44. Komorowo, 245s. Glassb. 490. ChH Leg. 143. Gubernat. III, 129s. (4) Wadd. l. c. n. 49: Glassb. 439. *Firm.*² 41v. Gubernat. III, 130. (5) Supra, 325, n. 8. Wadd. 1484, n. 15.
(6) L. c. n. 37. (7) L. c. n. 38. (8) Supra, 321, n. 6.
(9) Wadd. 1485, n. 1. Rodulph. 244. Gubernat. III, 130.
(10) Wadd. 1485, n. 1. (11) L. c. 1460 (quo obierat) n. 30.
(12) L. c. XV, 326. Greiderer, II, 521. (13) Wadd. 1485, n. 3.
(14) L. c. n. 4. (15) L. c. XV, 323.

Ipso quoque anno in Messina Cecilie, et monasterio sancte Clare, 20 ianuarii obdormivit in Domino beata Eustochia, Abbatissa, multis corruscans miraculis (1).

[Decimum septimum] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est in Sancta Maria apud Assisium, anno Domini **1487**, Ordinis vero 279 (2); in quo fuit electus in Vicarium Generalem frater Iohannes de Sigestro (3).

[Decimum quintum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est eodem anno in Sancta Maria de Angelis apud Tolosam (4), in quo fuit electus frater Oliverius Mailardi (5).

(**66**r:) Frater Iohannes, Lombardus, laycus, vir virtutibus et prodigiis clarus, in Provincia Sancti Bernardini obdormivit in Domino (6).

Frater Bernardus de Mandella, laycus, alias de Alverna dictus, qui virtutibus et signis micuit; in monte Alverna (*a*) decessit (7).

[Nonagesimum, quartum] Capitulum Generale Cremone celebratum est anno **1488** et Ordinis 280, per fratrem Franciscum Sanson (8).

Ipso quoque anno, videlicet **1488** et Ordinis 280, in loco Mandole, Provincie Marchie, obiit sanctus frater Gabriel de Iesse, prodigiis luminosus (9).

Neapolim etiam migravit ad Christum frater Franciscus Francigena, laycus, vir admirande sanctitatis (10).

Apud Florentiam, in monasterio de Monteceli, ordinis sancte Clare, in nocte sancti Antistitis Nicolai, obiit soror Philippa de Medicis, sanctitate prefulgida (11).

Anno Domini **1489**, die 25 iulii, apud Camerinum, Provincie Marchie, ex hac vita exoneratus perrexit ad Dominum frater Petrus de Moglano, Vicarius Provincie, miraculis famosus (12).

In Tuscia, ipso quoque anno, ex hac luce subtractus perrexit ad Dominum frater Melchior de Cortona, laycus, sanctimonia (*b*) ornatus (13).

[Decimum octavum] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est apud Urbinum, anno **1490** et Ordinis 282, in quo quarta vice electus est frater Angelus de Clavasio (14).

Decimum sextum Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno quo supra, apud Rupellam, in quo fuit electus tertia vice frater Iohannes Chroyn (15).

(*a*) Cod. *Alvernus*. (*b*) Cod. *sanctimonie*.

---

(1) Obiit 1491, 20 ian. Cajetanus, *Vitae SS. Siciliae*, II, 1657, 258-65. Sbaralea, 232. Wadd. 1472, n. 107, 1491, n. 10-41. *Archivio stor. Messinese*, III, 1903, 52-117; IV, 3-106. AFH II, 459.

(2) Wadd. 1487, n. 1. Komorowo, 449ss. Glassb. 504. ChHLeg. I, 144s. Gubernat. III, 131. (3) Ll. cc. Wadd. 1493, n. 9; 1498, n. 1.

(4) Wadd. L. c. 2; Glassb. 502. *Firm.*[2] 42r. Gubernat. III, 131-3.

(5) Wadd. 1487, n. 28; 1488, n. 25 (add.); 1492, n. 39; 1493, n. 10; 1496, n. 1 etc. *Script.*, 270, 184[2] 181[3]; Sbaral. 571. Samouillan, *Olivier Maillard*, Bordeaux 1891. Chevalier, II[2], 2959s. (6) Wadd. XV, 332.

(7) 1491, n. 3; XV, 322. (8) 1488, n. 1; Rodulph. 244. Guber. III, 133.

(9) Amandulae. Wadd. 1491, n. 3. (10) L. c. XV, 328.

(11) 1488 (quo obiit) n. 4-5; Rodulph. 141.

(12) Wadd. 1472, n. 8; 1490 (quo obiisset) n. 3-5. Festum eius agitur 12 aug.

(13) Wadd. XV, 325.

(14) 1489, n. 1. Komorowo, 258s. ChH Leg. I, Gubern. III, 133.

(15) Wadd. l. c. n. 2. Glassb. 505s. *Firm.*[2] 42r. Gubernat. l. c.

Ipso anno in Provincia Calabrie in Conventu (*a*) Mensurate requievit frater Franciscus de Cropone, predicator, qui(!) in signo sue sanctitatis et virginitatis, anno octavo post obitum suum, corpus eius (!) inventum est integer(!) et recens, sicut nuper defunctus esset, et aromatum frag[r]antia redolente(!), ita quod vix ferre(!) posset(1).

In Ragona et conventu Barchinone migravit ad Christum frater Bineth de Valentia, predicator, ad cuius sepulcrum demones expelluntur (2).

In eodem conventu etiam, relicta sarcina corporis, ad Dominum suum evolavit frater Franciscus de Cesaraugusta (*b*), predicator famosus per Italiam et patrator miraculorum (3).

In ecclesia sancti Angeli apud Mediolanum translatum est corpus beate Beatricis, Comitisse de Rusconibus, 3ii Ordinis beati Francisci, ubi onorifice sepulta est in cappella Sancti Antonii, ac eius meritis Dominus plurima et continua miracula operare dignatur(4).

(**66** v:) Item apud Mediolanum in Sancta Maria della Pace requievit anno iam dicto frater Laurentius de Bagnacavallo predicator, cum oppinione magna sanctitatis (5).

Et eodem anno, 8 martii in scopulo Claxe apud Ragusium, migravit a seculo frater Iohannes Runs, laycus, miraculis et sanctitate fulgidus, qui omnes in necessitate devote eum clamantes adiuvat. Obiit autem anno etatis 88, in Religione vero 70.

[Nonagesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est Assisii per fratrem Franciscum Sanson, anno **1492**, Ordinis 284(6).

In Provincia Sancti Angeli, anno eodem, migravit ad Christum frater Bernardus de Luceria, Vicarius Provincie, qui tante perfectionis et sanctitatis fuit, ut diem et horam sui transitus fratribus revelaret (7).

In ea quoque Provincia sanctitate floruit frater Petrus hyspanus, laycus et magister novitiorum, cum quo animalia silvestria domestice conversabantur (8).

Frater Gregorius grecus et laycus, in Provincia Tuscie migravit, cuius anime pulcherrima processio angelorum et sanctorum fratrum obviam venit (9).

Frater Gaspar, laycus de Barga, etiam in Domino quievit, qui solo tacto suo illico sanavit Bernardum Benivienum in articulo mortis positum (10).

Eodem quoque anno in ipsa Provincia Tuscie etiam ad celestia regna migravit frater Iacobus de Papia laycus, doctrina infusa et gratia miraculorum illustratus (11).

Item in eadem Provincia, eodem anno, obiit sanctus pater frater Petrus de Travanda, predicator, spiritu prophetie et miraculorum gloria clarus (12).

(*a*) Cod. *come.* (*b*) Cod. *Cesarargusta.*

---

(1) Copino, Cropanio, Wadd. Suppl. 1495, n. 3; 1496, n. 5; XV², 329.
(2) XV, 345. (3) L. c. (4) 1418, n. 37; 1490 (quo obiit) n. 10; XV, 327.
(5) 1496, n. 5. (6) Wadd. 1490 (!), n. 1. Rodulph. 244. (1491). Gubernat. III, 134. (1491). (7) Vel de Nuceria. Wadd. 1496, n. 5; XV, 334.
(8) 1496, n. 5. (9) L. c. n. 6. (10) 1505, n. 24; XV, 323.
(11) 1435, n. 73; 1488, n. 3. (12) 1492, n. 4-7.

[Decimum nonum] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est Florentie anno **1493** et Ordinis 285, in quo fuit electus frater Evangelista de Perusio (1).

[Decimum septimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est eodem tempore in Conventu Florentiati, Provincie Sancti Lodovici, in quo secunda vice electus fuit frater Oliverius Mailardi (2).

Frater Iohannes de Corduba hyspanus, Provincie Thuscie, vir insignis, scotista maximus et Raymundista precipuus, cum de tota Italia auditores haberet, Florentie in die sancti Bartholomaei migravit a seculo (3).

Frater Franciscus de Aragona, provincie Sancti Angeli, theologus singularis, sanctitate vite clarus, Brixie predicans ibidem migravit ad Dominum (4).

Anno Domini **1494** et Ordinis 286, in Provincia Sancti Bonaventure, die 19 augusti apud Lugdunium, in Sancta Maria de Angelis, debitum humanitatis exolvit frater (**67r**) Iohannes Burgensis de Sancto Iuliano in Brincia, predicator, innumeris corruscans miraculis (5).

His quoque temporibus tam in partibus gallicis, quam in italicis, alii plurimi Patres vita et doctrina illustres clarebant, videlicet:

Iohannes Tilleri (6), Niccolaus Amantis, Iohannes Galteri, et Guilelmus Albrici, qui omnes multis annis successive conventus et fratres Collectaneos in officiis Vicariatus rexerunt.

Eustachius de Curia, doctor parisiensis, qui opus super Sententias edidit (7).

Stephanus Brullifer de Brictania etiam doctor parisiensis, qui sua doctrina et egregiis tractatibus multis profecit (8).

Iohannes Perinus de Lothoringha, insignis doctor Parisinus. Hic quanti zeli fuerit ad puritatem nostri status defendendam et promovendam ex tractatu ipsius super dispensationem Minorum sufficienter ostenditur (9).

Oliverius Maylardi, Vicarius Generalis, predicator et sermonum compilator ac vitiorum obiurgator singularis (10).

Antonius Farinerii (11) et Niccolaus de Niise (12), predicatores famosi, vita et virtutibus clari.

Petrus Cambon, Provincie Turonie, pater reverendus et predicator devotus ac reformator Provincie Sancti Bonaventure (13).

Iohannes de Ponte, Provincie Colonie, pater venerabilis, homo singularis fervoris et austeritatis, decem magnos conventus (*a*) Provincie Colonie ad observantiam reduxit (14).

(*a*) Cod. *conventos*.

---

(1) 1493, n. 9. Komorowo, 262. Glassb. 511. ChHLeg. I, 146. Gubernat. III, 134.
(2) Wadd. l. c. n. 10. Glassb. 510. *Firm.*² 42v. Gubernat. III, 135.
(3) Wadd. 1496, n. 6.
(4) Wadd. 1473, n. 11. 1480, n. 12. 1487, n. 14. XV² 338.
(5) L. c. 1455, n. 13; 1471, n. 29, 32; 1492, n. 49; 1494, n. 2-3. *Memor.* fol. XXXVIIvb. (6) Wadd. 1474, n. 14 ex *Memor.* l. c. AFH IV, 124. n. 7.
(7) 1496. n. 6. *Memor.* XXXVIIIra, e quo hos et seqq. hausit Marianus.
(8) Wadd. 1496, n. 22; 1498, n. 3. Glassb. 505, 521. *Script.* 320, 217², 213³. Sbaralea, 666. (9) Ex *Memor.* l. c. Rodulph. 327. (10) Supra 329, n. 5.
(11) *Memor.* l. c. (12) Wadd. 1509 (quo obiit) n. 24. *Script.* 267, 182², 179³. Sbaral. 560, 731. (13) Wadd. 1496, n. 6. et *Memor.* l. c. (14) Ll. cc.

Rolandus doctor, olim Colonie minister, ad observantiam etiam convolavit (1).

Iohannes Tixerandi, doctor et insignis predicator, duobus annis continuis et ultra singulis diebus sermones Parisius continuavit, et maximus animarum fructus exinde reportavit (2).

Evangelista de Perusio(*a*) Vicarius Generalis anno quo supra, die 25 augusti, in Ragusio migravit ad Dominum, in cuius obsequiis angeli de ligno a populo visi sunt corpus eius adolere cum thurribulo, quando delatum fuit in Ecclesiam (3).

In subsequenti mense septembris (*b*), scilicet 29 die apud Papiam cum angelorum multitudine celi ianuam ingressus est beatus Pater frater Bernardinus de Feltro, innumeris corruscans miraculis (4).

Eodem quoque anno in Provincia Sancti Bernardini et loco de Capistrano migravit ad celum frater Thomas de Tocho, laycus, qui inter alia ab angelo sacrum Christi viaticum accepit (5).

(**67** v:) In Provincia Terre Laboris de hac miserrima valle, eodem anno ad superos evolavit frater Paulus de Sicilia, qui inter alia duos mortuos suscitavit (6).

Eodem mense et anno etiam migravit ad celos frater Antonius de Sancto Angelo Falsanelle, flexis genibus, ut alter Paulus primus heremita, et alia plurima signa sanctitatis ostendit (7).

In Tuscia etiam obiit sanctus frater Franciscus de Laude (8) et frater Franciscus de Castro Durante (9), cui secreta cordium et absentia revelata sunt.

Item, de mense aprilis, anno Domini **1495** celestia regna penetravit frater Angelus de Clavasio, olim Vicarius Generalis, multis corruscans miraculis (10).

In sacro monte Alverne, ipso quoque anno, scilicet prima ianuarii, quievit in pace frater Marianus de Luco, laycus, sanctitate et signis prefulgidus (11).

[Nonagesimum sextum] Capitulum Generale eodem anno celebratum est in Conventu Bononiensi (*c*), per fratrem Franciscum Sanson (12).

[Vicesimum] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est Aquile, eodem tempore, in quo prima vice fuit electus frater Hieronymus Torniellus de Navarra (13).

[Decimum octavum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est Tholose anno Domini **1496** et Ordinis 288, in quo fuit electus frater Franciscus Sagar, cathelanus (14).

Ipso quoque anno Vicentie transivit ex hoc mundo ad Patrem frater Marcus de Sancta Maria in Gallo, predicator, multis corruscans miraculis (15).

(*a*) Cod. *Perusius*. (*b*) Cod. *septembrio*. (*c*) Cod. *Bononiense*.

---

(1) *Memor.* l. c. Schlager, *Beiträge*, 146, 153.
(2) *Memor.* l. c. rb. *Script.* 227, 155[2], 153[3]. Sbaral. 464.
(3) L. c. 465. Delisle, *Biblioth. d. l'éc. d. chartes*, LXI, 595; LXII, 160, 719-20. EFr. VII, 1902, 538-31. (4) Wadd. 1494 (28 sept.) n. 34. P. 325, n. 9.
(5) XV, 332. (6) 1503 (quo obiisset Mondragonii) n. 23; XV, 328. (7) XV, 329.
(8) 324; 1495, n. 8. (9) L. c. 324; 1427, n. 23. (10) L. c. 1495, n. 5.
(11) Ib. n. 3. XV, 322. (12) Ib. n. 1. Rodulph. 244. Gubernat. III, 136.
(13) Wadd. l. c. Komorowo, 265. Glassb. 513. ChHLeg. I, 146s. Guber. l. c.
(14) Wadd. 1496, n. 1. Glassb. 514. *Firm.*[2] 42v. Gubernat. III, 137.
(15) Wadd. 1470, n. 11; 1480, n. 12; 1496, n. 2-4; XV, 326. Supra 325, n. 10.

Et in sequenti octobre (*a*) de peste obdormivit in Domino in Provincia Tuscie frater Vincentius de Orvien Burgundus, vir doctus et predicator cum fratre Thoma de Luca et fratre Iacobo de Fesulis, laycō, omnes viri sancti et signis clari (1).

Anno Domini **1497** die 20 aprilis in Urbino ad celestia regna migravit frater Dominicus de Leonissa Vicarius Provincie, assiduis signis sanctitatis ostensis (*b*) (2).

Frater Donatus de Urbino, Vicarius Provincie Marchie, tanta sanctitate micuit, ut aves ei obedirent, et cum eo domestice conversarent[ur] (3).

Frater Andreas de Crasseto, Provincie Tuscie etiam discessit, qui tante sanctitatis erat, ut vigeties locutus fuit cum beata Maria (4).

Frater Bernardus de Scarlactis de Florentia, item migravit ad Christum, cui pluries ipse Christus apparuit (5).

[Nonagesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est Mediolani per fratrem Franciscum Sanson, anno Domini **1498**, Ordinis vero 290 (6).

(**69r**:) Vicesimum primum Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est eodem tempore, apud eandem civitatem (7) in quo fuit electus frater Lodovicus della Turre Veronensis (8).

Frater Marcus de Traoncha, Corsus, infirmarius, vir utique sanctus, dum ad Capitulum Generale pergeret, discretus sue Provincie, a procellis mari‹c›timis suffocatur.

Frater Angelus de Verbosa, Provincie Bosne, predicator, obdormivit in Domino, pro cuius numero miraculorum plurimi Turci sacrum susceperunt baptismum (9).

Ipso anno mons sacer Alverne a militibus Venetis devastatur et prophanatur, ex quo ipsi dedecus et dampna reportaverunt.

[Decimum nonum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno Domini **1499** et Ordinis 291, in conventu Mechlinensi‹s›, Provincie Colonie, in quo tertia vice electus est frater Oliverius (10).

Quo anno frater Alexius de Vratislavia (*c*), Provincie Buemie, in loco Beuton multis clarens miraculis obiit (11).

Frater Cola de Catanzaro, Provincie Calabrie, magister novitiorum, fulgens etiam miraculis, migravit ad Dominum in Castro Taverne.

Frater Lucianus, patrator miraculorum, in insula de Liparo dormivit in pace (12).

Frater Georgius, laycus de Ergaglo, Marchisanus, obiit in Domino in Provincia Tuscie, vir vita et virtutibus insignis (13).

(*a*) Cod. *ottobre*. (*b*) Cod. *ons*. (*c*) Cod. *Virastillauia*.

---

(1) (Orbe) L. c. 326. (2) L. c. 1458, n. 35; 1497, n. 1-5.
(3) 1505 (quo obiit) n. 18-9; XV, 321. (4) 324; 1425, n. 20; 1501, n. 27.
(5) 322; 1419, n. 13; Suppl. 1420, n. 4.
(6) 1498, n. 1. Rodulph. 244. Gubernat. III, 137.
(7) Ll. cc. Komorowo, 277. Glassb. 518.
(8) Ll. cc.; supra 325, n. 3. (9) L. c. 1498, n. 2-3: XV, 337.
(10) Wadd. 1499, n. 3. Glassb. 521. *Firm.*[2] 52-3. Gubernat. III, 137.
(11) Supra, 319, n. 10. Idem ac Alex. de Scepusio. Greiderer, l. c. Wadd. XV, 336. (12) Wadd. XV, 330. (13) De Erbalio. L. c. 1499, n. 3-4.

Apud Spoletum (*a*), in loco nostro Sancti Pauli, requievit in pace frater Demetrius Albanus, de tertio Ordine, sanctitate vite et signis clarus (1).

Item, eodem anno Florentie, migravit a seculo magister Franciscus de Sanson, Generalis, anno 24 sui Generalatus (2).

[Nonagesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1500** et Ordinis 292, Itera[m]ne Provincie Sancti Francisci (3) per Fratrem Egidium de Amelia, procuratorem et Vicarium Ordinis, in quo ipse frater Egidius fuit electus in 40 Generalem (4).

Frater Iohannes de Verzellis Taurini (*b*) Provincie Ianuae, hoc ipso anno 12 iunii decessit.

Frater Andreas de Faventia, predicator, in loco Camerati, insule Sicilie, defunctus est cum irradiatione prodigiorum (5).

Frater Ambrosius de civitate Reale, Provincie Sancti Bernardini, vir utique sanctus, Sulmone defunctus est (6).

In quo anno frater Antonius de Ripetransone, omni sanctitate perfectus, quasi centenarius, in loco Sinigagle, Provincie Marchie, 16 ianuarii migravit ad Dominum (7).

(68v:) [Vicesimum secundum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est Urbini (*c*) anno **1501**, in quo secunda vice electus est frater Hieronymus Torniellus (8).

[Vicesimum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno Domini **1502** in conventu Albiensi (*d*), Provincie Aquitanie (9), in quo electus est frater Martialis Boulier (10).

In quo anno apud Camerinum in loco Agnani in festo decollationis Sancti Ioannis Baptiste, ex hoc seculo transivit ad Dominum frater Iulianus de Fabriano, magister novitiorum, miracula (*e*) patrans (11).

Eodem anno, Aquile, post festum Nativitatis Christi, etiam miraculis clarus, quievit in Domino frater Bernardinus de Fossa, aquilanus vicarius provincie et pater venerabilis familie (12).

Anno Domini **1503** et Ordinis 295, Iulius Papa II, nepos quondam Pape Sixti, papa factus, Ordinem plurimum dilexit, roboravit et exaltavit. Fecit enim Cardinalem (13) Sancti Angeli et episcopum Siniga-

---

(*a*) Cod. *Spolatum*. (*b*) Cod. *Taurino*. (*c*) Cod. *Urbino*.
(*d*) Cod. *Ambiense*. (*e*) Cod. *miraculis*.

---

(1) L. c. 1459, n. 31; 1491, n. 43; XV, 319. (2) Wadd. 1499, n. 1; supra, 323, n. 5. (3) Wadd. 1500, n. 13-15. Komorowo, 280 ss. Glassb. 522 s. *Memor.*[1] f. XXXVIIIr-v. ChHLeg. I, 148-208. Gubernatis, III, 138-210.

(4) De Amelia, Amerinus. Wadd, l. c. ss. (5) Wadd. XV, 330.

(6) L. c. 333. (7) Ambrosius, l. c. 321. (8) L. c. 1501, n. 4. Komorowo, 286. Glassb. 526. ChHLeg. I, 208 s. Gubernat. III, 911 s.

(9) Albiensi. Glassb. 529 s. *Firm.*[2] 44. Gubernat. 212.

(10) Wadd. l. c. 1505, n. 11: 1514, n. 7; 1516 (obiit 1515) n. 47.

(11) L. c. 1503 (quo obiisset) n. 23; XV, 321. (12) L. c. 16-21 (obiit 27 nov. 1503), Aquil. XI-XXII. *Script.* 54, 38[2], 40[3]. Sbaral. 126, I[2], 131 s.

(13) Omisit vel potius cum Marco confudit Clementem de Ruvere, nepotem Iulii II, episc. Mimatensem (1483, 27 oct,), creatum card. tit. XII Apostolorum 1503, 29 nov., obiit 1504; Eubel-Van Gulik, (1483, 27 oct.) *Hier.* III, 1910, 10, 262; II, 212. Rodulph. 227v.

gle fratrem Marcum de Savona (1), de familia, fratrem Franciscum de Turre de Laguna, hyspanum, tituli sancte Balbine et archiepiscopum Tholetanum (2). Ad patriarchatum assumpsit duos alios fratres, [ad] archiepiscopatum quatuor, ad episcopatum plurimos.

[Nonagesimum] nonum Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1503** et Ordinis 295, in conventu Tre[ce]nsi Provincie Francie, per fratrem Egidium Generalem. In quo Capitulo non fuerunt omnes Patres et precipue italici (3).

[Vicesimum tertium] Capitulum Generale Cismontanorum celebratum est Mantuae anno **1504**, in quo fuit electus frater Franciscus Zenus (4).

Ipso anno die 7 augusti in loco Sancti Iuliani apud Aquilam migravit ad celum frater Vincentius laycus de Aquila, patrator miraculorum (5).

Et eodem mense, scilicet die 22 in ipsa Aquila evolavit ad celum sanctus frater Timotheus de Aquila, magister novitiorum, miraculis clarus (6).

In Provincia Sancti Angeli etiam evolavit ad Christum frater Bernardinus de Precina predicator, vir quidem sanctus (7).

[Vicesimum primum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno Domini **1505** in conventu Lavalis, Provincie Turonie, in quo fuit electus frater Iohannes Silvestris (8).

Anno **1506**, 11 martii in Provincia Marchie migravit ad Christum sanctus frater Hieronymus de Callie, Vicarius Provincie (9).

(**69**r:) Centesimum Capitulum Generale post obitum beati Patris nostri Francisci et sextum generalissimum ex iussione (*a*) Summi Pontificis Iulii II, celebratum est Rome in Araceli, anno Domini **1506** et Ordinis 296 (*b*), in quo fuit depositus frater Egidius (10) et fuit electus in 41 Generalem Ministrum frater Raynaldus de Cutinola, Provincie Bononie (11).

In Provincia Marchie et conventu de Muro eodem anno, die 15 iunii migravit ad celum frater Gerardus de Florentia, laycus, etatis sue anno miraculis clarus (12).

Eodem anno de mense octobris (*c*) ab hereticis interfectus est frater Iohannes diaconus de Hercudor Provincie Bohemie, in loco de Pechna sepultus (13).

(*a*) Cod. *iuxione*. (*b*) Cod. manu poster. corr. 297. (*c*) Cod. *ottobris*.

---

(1) Marcus Vigerius, de Ruvere, ep. Senogalliens. (1476, 6 oct.) creatur, card. 1505, 1 dec., tit. S. Mariae trans Tib. (1505, 17 dec.); transfertur ad eccl. Praenestin., 1511, 29 oct.; obiit 1516, 18 iul. Eubel, III, 11, 316; II, 259. Wadd. *Script.* 247 s., 169^2, 167^3; Sbaral. 515. Wadd. 1503, n. 10. Rodulph. 228r.

(2) Fr. Ximenius de Cisneros, Archiep. Toletanus (1495, 20 febr.) creatus card. maio 1507; obiit 1517, 8 nov. Eubel, III, 12; II, 277. Wadd. 1397, n. 14ss. 1499, n. 7 ss. *Script.* 139 s., 95^2, 95^3; Sbaral. 291, I^2, 308. Chevalier, II^2, 40801-2. AFH I, 493.

(3) *Memor.* f. XXXVII[1] v. Wadd. 1503, n. 4. Gubernat. III, 213.

(4) Wadd. 1504, n. 6. Komorowo, 291 s. ChHLeg. I, 209 s. Gubernat. l. c.

(5) Wadd. 1415, n. 36; 1504, n. 33-4. *Acta SS.* aug. II, 239-40.

(6) Wadd. XV, 332. (7) L. c. 334: Pretina. (Procina: 1453, n. 44).

(8) L. c. 1506, n. 11. Glassb. 535. *Firm.*[2] 44v. Gubernat. l. c. (9) XV. 321.

(10) Wadd. 1506, n. 3 ss. Komorowo, 296 ss. Glassb. 538 ss. ChHLeg. I, 210 ss. Gubernat. III, 215. *Memor.* f. XXXVIII s. (11) Ll. cc. Sbaral. 631 s.

(12) Wadd. XV, 322; 1506, n. 34-5; obiit anno religionis suae 76.

(13) De Neudorfio, sepultus Pilsnae, vel Bithi. 1508, n. 16; XV, 336. Greiderer, I, 737 s.

In ipsa Provincia etiam sanctitate floruit frater Iohannes de Misma, Vicarius, qui inter alia sua miracula puerum fertur suscitasse (1).

Frater Alexius sacerdos de Zigifer regni Hungarie in loco Sancti Niccolai apud Bittum miraculis gloriosus iacet (2).

In Provincia Marchie et loco de Cingulo, die 2 februarii anni iam dicti obiit frater Franciscus de Calderola, predicator, qui plurimis miraculis [il]lustratus est (3).

In eadem provincia etiam vita, doctrina et sanctitate fulsit (*a*) frater Bartholomeus de Fabriano, qui ad Provinciam Sancti Bernardini lector destinatus, ibidem apud Teatinam civitatem obdormivit in Domino (4).

Item Rome in Monasterio Sancti Cosmae (*b*) Ordinis Sancte Clare in festo Sancti Gregorii, transitus beate Seraphine abbatisse (5).

[Vicesimum quartum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est in Sancta Maria de Angelis apud Assisium anno **1507**, in quo tertia vice fuit electus frater Hieronimus Torniellus (6).

Eodem anno ex hac vita substractus est frater Iohannes de Camplo, coquinarius, signis et prodigiis clarus (7).

Obiit etiam die 12 aprilis, cum habitu Fratrum Minorum sepultus Guidoaldus, Dux Urbini, precipuus devotus Fratrum et in ipsorum loco sepultus (8).

Item, infra octava[m] Ascensionis in Varsovia (*c*) Provincie Polonie extin[c]ta est lucerna ipsius Provincie, videlicet frater Ladislaus, ubi miraculis claret, vir admirabilis doctrine et eloquentissimus predicator, qui tam vetus quam novum testamentum exposuit et metrice interposuit. Insuper Sententiarum libros etiam metrice conscripsit (9).

(**69**v:) Frater Simon de Liipniiza in Crachovia iacet multis miraculis fulgens (10).

Frater Iohannes de Ducla, civitate (*d*) Russie, multis claret miraculis in eadem Provincia (11).

[Vicesimum secundum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est anno Domini **1508**, Ordinis vero 300 in Conventu [Barchinone] Provincie [Aragoniae] in quo electus fuit frater Gabriel Maria Provincie Turonie (12).

Eodem anno Mediolani, die octavo Augusti, ad suos patres appositus est frater Hieronimus Torniellus, Vicarius Generalis (13).

(*a*) Cod. *fulxit.* (*b*) Cod. *Cosmi.* (*c*) Cod. *Maromia Provincia.* (*d*) Cod. *Dulclaleopolim civitas.*

(1) Supra, 319, n. 11. (2) Supra, 333, n. 11; 319, n. 10; hic tertium occurrit.
(3) Wadd. XV, 321; 1507, n. 29; cuius festum agitur 25 oct.
(4) Wadd. 1505, n. 20; XV, 332.
(5) Seraphina Romana, quae obierat 20 oct. vel 13 mart. 1457: Wadd. hoc an. n. 62; 1449, n. 54. (6) L. c. 1507, n. 41s. Komorowo, 301. ChH Leg. I, 213. Gubernat. III, 215. (7) Wadd. XV, 332; 1451, n. 7.
(8) Cf. l. c. 1444, n. 59. Guidobaldus I obiit 11 april. 1508.
(9) Obiit 1505, 4 mai., beatif. 1750; festum fit 22 oct. Wadd. 1505, n. 25-30. Komorowo, 256ss., 266ss., 292ss. *Acta SS.* mai I, 560-616.
(10) Supra, 320, n. 1. (11) Supra, 320, n. 2.
(12) Wadd. 1508, n. 17. Glassb. 548. Gubernat. III, 216. Electus ibi fuit in Vic. Glem Fr. Martialis Boulier, pro secunda vicē.
(13) Supra, 325, n. 4; 328, n. 2; 332, n. 13. Wadd. 1508, n. 13.

[Vicesimum quintum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est Ferrarie, anno Domini **1509** et Ordinis 301 per fratrem Franciscum de Sancto Columbano, commissarium (*a*), in quo secunda vice electus fuit frater Franciscus (*b*) Zenus (1).

In provincia Sancti Angeli, et in loco Sancte Marie Vallis Aspre, obdormivit in Domino frater Beffamius theutonicus vir sanctus (2).

Anno Domini **1510**, et Ordinis 302, 8 die Martii, in Tuscia et loco Emporii migravit ad Dominum frater Bartholomeus de Anglaro, magister novitiorum, sanctitate et signis clarus (3).

[Centesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Rome in conventu duodecim Apostolorum (4) anno quo supra ex iussione (*c*) Pontificis, eo quod fratrem Raynaldum Generalem fecisset Archiepiscopum Ragusinum (5), in quo Capitulo fuit electus in 42 Generalem Ministrum Ordinis frater Philippus de Bagnacavallo, Provincie Bononie (6).

Anno Domini **1511**, die 23 maii, Aquile migravit ad celum frater Liberatus Laycus de Aquila, qui inter alia signa sue sanctitatis inventus fuit orans per duo brachia a terra elevatus (7).

[Vicesimum tertium] Generale Capitulum Ultramontanorum celebratum est eodem anno in conventu [Rapistagni] Provincie [Aquitanie], in quo fuit frater Martialis Boulier (*d*) electus. Qui obiit circha annum sui triennii in Provincia Granade, in conventu Sancti Francisci de Baozza et frater Petrus de Montocha Vicarius Provincie fuit pro eo commissarius (8).

In quo ipso anno, die decima septembris Rome mortuus est frater Philippus de Bagnacavallo et in sancto Apostolo sepultus, qui erat Cardinalis pronunciatus. Tunc Dominus Papa fecit Vicarium Ordinis magistrum Crometium (9).

Neapolim appositus est ad suos patres anno Domini **1512** in sabato sancto frater Franciscus Zenus, Vicarius Generalis (10).

[Vicesimum sextum] Capitulum Citramontanorum celebratum est anno predicto Neapolim in Sancta Maria (**70r**:) della Nova per fratrem Damianum de Ioha, commissarium, in quo fuit electus frater Timotheus de Luca, Provincie Tuscie (11).

(*a*) Cod. *commissarius*.
(*b*) Cod. *fratrem Franciscum*.
(*c*) Cod. *iuxione*.
(*d*) Cod. *superius*.

---

(1) L. c. 1509, n. 21; cf. 1508, n. 14s. Komorowo, 303. ChHLeg. I, 213-5. Gubernat. III, 217. (2) XV, 333; 1508, n. 16. (3) XV, 323; 1510, n. 12.
(4) L. c. n. 9; Rodulph. 244, 195. *Memor.*[1] f. XXXIXrb. Gubernat. III, 217.
(5) Eubel-Gulik, III, 299; nominatus 1510, 5 iun.; cf. Wadd. l. c.
(6) Porcatius. ll. cc. *Script.* 294, 200[2], 196[3]; Sbaral. 620s.
(7) Wadd. 1454, n. 33; XV, 332. Aquil. 57.
(8) Rapistagni (Rabastens), Wadd. 1511, n. 9; Gubernat. III, 219s. Electus in Vic. Glem ibi fuit Gilbertus Nicolai (Gabriel Maria) Glassb. 551. Mart. Boulier obiit in conv. Beatiensi (Baeza) prov. Granatensis, in XL[a] 1515, l. c. 554. Cui uti Commissarius successit Fr. Petrus de Montibus Occae; l. c. Wadd. 1516, n. 46, 62. (9) Sepultus Romae in eccl. XII Apost. Wadd. 1511, n. 7s.
(10) Sic et Komorowo, 303 et Wadd. 1512, n. 6; sed cf. 1479, n. 14. *Script.* 147, 100[2], 101[3]; Sbaral. 309, I[2], 327.
(11) Komorowo, l. c. Wadd. 1512, l. c, ChHLeg. I, 216. Gubernat. III, 220s.

[Centesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est eodem tempore [Assisii] (1), in quo fuit electus in 43 Ministrum Generalem frater Bernardinus de Prata, Provincie Ianue (2).

Quo etiam anno Dominus Papa Iulius creavit episcopum Nazaret supradictum fratrem Crometium, Vicarium Ordinis, qui etiam in sequenti mense augusti Rome debitum persolvit humanitatis. Hic natione Portugalensis de progenie Sancti Antonii, magister magnus in sacra theologia (3).

In Urbino etiam hoc anno 5 septembris obdormivit in Domino frater Antonius de Monte Milone (4).

Anno Domini **1513** Ordinis 305, Senis, 23 octobris mortuus est frater Timotheus de Luca, Vicarius Generalis (5).

Item, in loco Mirandule, provincie Bononie, circha festum Conceptionis, migravit ad celum, frater Gabriel de Mediolano, omni sanctitate preclarus ac miraculis luminosus (6).

[Vicesimum septimum] Capitulum Generale Citramontanorum celebratum est in Sancta Maria de Angelis, apud Assisium, anno **1514**, per fratrem Bernardinum de Senis, commissarium, in quo fuit electus frater Christophorus de Forlivio commissarius (*a*) in Romana Curia (7).

[Vicesimum quartum] Capitulum Generale Ultramontanorum celebratum est eodem tempore in Conventu [Antverpiensi], Provincie [Colonie], in quo fuit electus iterum frater Gabriel Maria (8).

[Centesimum tertium], et septimum Generalissimum Capitulum Rome celebratum est in Sancta Maria de Araceli ex precepto Pape Leonis X, anno Domini **1517** et Ordinis 309 (9), et facto episcopo Nazaret fratre Bernardino (10) Generale Ministro, Ministeriatus et Sigillum Ordinis transit ad Observantes.

Unde bulla Eugeniana fratribus Observantie data, hic terminavit, seu annihilata est. Et de fratribus ipsius Observantie, in 44 Ministrum Generalem electus fuit supradictus frater Christophorus de Forlivio. Post cuius electionem, statim factus est Cardinalis, tituli sancte Marie de Araceli (11) cum malo exemplo totius Christianitatis et maximo dampno ipsius familie Observantium. Qui per annum Cardinalis et Generalis Ordinem rexit.

Circha octava omnium Sanctorum in Hispania obdormivit in Domino frater Franciscus Cardinalis et archiepiscopus Toletanus (12).

(*a*) Cod. *commissario.*

---

(1) Anno 1513; Wadd. 1513, n. 9. Glassb. 553. Komorowo, 312. Gubernat. III, 220. (2) Pratus de Cherio, ll. cc. Sbaralea 725, I², 136.

(3) Deest ap. Eubel-Gulik, Hier. III, 272. (Cf. Wadd. 1496, n. 6). Supra 337, n. 9. (4) Wadd. XV, 321. (5) Wadd. 1513, n. 10. (6) XV, 325.

(7) L. c. 1514 (qui erat cap.) n. 6. Komorowo, 312. ChHLeg. I, 217.

(8) Wadd. l. c. n. 7. Glassb. 553, ubi tertium electus est Fr. Martialis Boulier. Gubernat. III, 221. P. 337, 8.

(9) Glassb. 557 ss. Komorowo, 315-30. Wadd. 1517, n. 20-33. ChHLeg. I, 219-33. Gubernat, III, 227-38. (10) Non notatur ap. Eubel-Gulik, III, 272.

(11) De Numatiis; 1517, 1 iul.; Eubel-Gulik, III, 18; tit. S. Mathaei Ciul. deinde transl. ad tit. S. Mariae in Aracaeli, 10 iul. 1517, obiit 1528, 23 mart. Sbaralea, 194, I², 207.

(12) Wadd. 1517, n. 5; 8 nov. 1517. Supra, 335, n. 2.

[70v:] In provincia Bononie et loco Forlivense etiam migravit ad Superos frater Iacobus Hungarellus de Padua, in legibus doctissimus et predicator egregius, ubi multis corruscat miraculis (1).

[Centesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Lugdunii anno **1518** per fratrem Christophorum Cardinalem, in quo fuit electus in 45 Ministrum frater Franciscus Lechetus de Brixia (*a*) (2).

Anno **1520**, Ordinis vero 312, die 18 septembris in Buda regni Hungarie mortuus est frater Franciscus Lechettus, Generalis Ordinis, vir quidem doctissimus, qui plurimos libros in theologia edidit (3).

Eodem anno in die Conceptionis, coram Papa et voces recipiente, fuit electus in Vicarium Ordinis frater Paulus de Sonzino, Provincie Mediolani (*b*) (4).

[Centesimum quintum] Capitulum Generale celebratum est apud Carpium anno Domini **1521**, Ordinis vero 313, in quo fuit electus in 46 Generalem Ordinis ipse frater Paulus de Sonzino (5).

[*Rubrica*] *Omnia in hoc volumine conscripta sunt per me fratrem M*[*arianum*]*, editaque patribus meis corrigenda relinquo.*

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(*a*) In Cod. duae lineae vacant. (*b*) Item duae lineae vacuae sunt.

---

(1) Wadd. 1421, n. 13; 1517, n. 40.

(2) L. c. 1518, n. 1-23. Komorowo, 332ss. ChHLeg. I, 234-7. Gubernat., III, 238-42.

(3) Wadd. l. c. n. 28. (novemb.). *Script.* 122, 83², 84³; Sbaral. 260, I², 276.

(4) Wadd. l. c. n. 29.

(5) L. c. 1521, n. 3. Komorowo, 337. ChHLeg. I, 248-52. Gubernat., III, 247-51.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

I.

EPILOGUS.

Edito nunc primum Compendio Chronicarum Ordinis Fratrum Minorum, auctore Fr. Mariano Florentino (1), quaedam epilogi instar disserenda de isto opere remanent.

Non quidem simpliciter Compendium sive Summarium rerum gestarum FF. Minorum dicendum videtur, sed Compendium longe maioris operis eiusdem Fr. Mariani (2), scil. *Fasciculi Chronicarum* qui FF. Minorum Annalistae plurimum inservivit Annalibus suis componendis. « Prae omnibus » confitetur gratus Annalium auctor (3), « opi fuit Mariani Florentini historia MS. quinque libris distincta, stilo plusquam humili, imo frequenter barbaro, sed sincero descripta, quam mihi transmitti, iteratis praeceptis, curavit ex bibliotheca nostra aedis Omnium Sanctorum Florentiae, Rmus P. Bernardinus a Moncalvo, dum Vicarium ageret Generalem Familiae Cismontanae nostri Sodalitii ». MS. illud, Florentia Romam transmissum, fuisse Fr. Mariani autographon alibi Waddingus expresse-dicit. Ubi enim de Scriptoribus Ord. Minorum disserit, haec de hoc opere habet (4): « *Fasciculis Chronicarum Ordinis Minorum* libris V opus distinxit (Marianus). Autographum penes me est, magnoque fuit adiumento Annalibus scribendis ». De compendio vero nil adnotat. Franciscus

(1) Editum est AFH I, 98-107; II, 92-107; 305-18; 457-72; 626-41; III, 294-309, 700-15; IV, 122-37; 318-19.

(2) De eo cf. Wadding, *Script. O. M.*, Romae 1650, 249; 1806, 170; 1906, 167. Sbaralea, *Suppl. ad SS.*, ib. 1806, 518. Marco da Lisbona, *Croniche degli ordini instituiti dal S. P. S. Francesco*, ed. Leon. da Napoli, Napoli 1680, parte III, l. IX, c. 23 (p. 601-2). Cf. et Id., *Delle chroniche de' frati Minori*, trad. da Hor. Diola, part. II, Vinezia 1590, libr. VIII et IX (in marginibus). Ant. a Terrinca, *Genealogicum et honorificum Theatrum etrusco-minoriticum*, Florentiae 1682, 208. *Misc. Franc.*, X, 1906, 57-9. Negri G., S. J., *Istoria degli scrittori fiorentini*, Ferrara 1722, 397, pauca, nec exacta de eo habet; quem repetit Fabricius, *Bibliotheca lat.*, V, 1736, 79s.; ed. 1754, V, 27s. Moreni D., *Bibliografia storico-ragionata della Toscana*, I, Firenze 1805, 114-5 (pauca); Sigism. da Venezia, O. M., *Biografia serafica*, Venezia 1846, 329 (nullius valoris). Praesertim vero P. Sabatier, *Fr. Francisci Bartholi Tractatus de indulg., S. M. de Portiuncula*, Paris 1900, 137-164 et R. P. Robert. Razzòli, *Fra Mariano da Firenze e le sue opere*, ap. *Luce e amore* (LA), I, Firenze 1904, 26-32, 33-4, 72-8, 123-6, 268-74. 313-17.

(3) In epistola auctoris ad Lectorem, *Annales O. M.*, ed. II, Romae 1731, I, p. CXCI.

(4) *Script.*, l. c.

Haroldus, Waddingi egregius discipulus, prodit (1) Fasciculum Chronicarum usque ad ann. 1486 tantum protractum esse: « Historia manuscripta Mariani Florentini reg. Observ. Minoritae, qua hic, etsi inepta latinitate, sincera tamen et continua narratione per annorum seriem deducta, res multas praesertim Cismontanas ab initio Religionis ad annum Christi MCCCCLXXXVI, in ordinem digessit ». Hoc anno *Fasciculum* revera absolvi testatur quoque epistola, 15 mai 1693 Roma data (2) ad P. Antonium Tognocchi a Terrinca O. M. Obs., Provinciae Etruscae Chronologum, et, quod maius est, talis Fascisculi finis erui potest ex Annalibus Waddingi. Hic enim dum pro factis generalibus Ordinis v. gr. Capitulis generalibus seu Ordinis seu Observantium in genere Chronicam F. Mariani in margine ad latus allegat (3), ab anno 1486 (4), immo an. 1485 (5), quo fuit Capitulum Gle Casali, eius nomen tanquam auctoris vel fontis tacet. Abhinc porro eum allegat nonnisi occasione quorundam beatorum Fratrum, v. gr. Sixti Mediolanensis (6), Iuliani Teutonici (7) anno 1486; Francisci Galli (8), et demum Philippae Mediceae (9). « Libri V caput 49 », ad an. 1486 a Waddingo citatum, extremum Fasciculi fuisse, discitur ex epistola quam P. Franciscus Narodi, chronologus Ordinis, circa MS. Fascisculi autographum, ad P. Ant. Tognocchi 26 sept. 1682 Roma misit (10):

« *Fasciculus Chronicorum Ordinis Minorum divisus in 5 libros.* Il prologo generale comincia così: *Assumpsi mihi duas virgas.* Liber I habet Cap. 18, et il primo così comincia: *Resplenduit facies eius*

(1) In *Fr. Lucae Waddingi... vita,* praefixa suae *Epitome Annalium Ord. Min.,* I, Romae 1662, 26, cap. XXXVI. Repetita fuit in II edit. *Annal.,* I, p. XXXIX (cap. XXXV).

(2) A P. Ioanne Maria de S. Cruce, a quo P. Tognocchi notitias quaesierat de vita B. Viridianae in *Fasciculo* contento: LA I, 76-7: « L'istoria termina il 1486 ». Ex hoc, aliisque ex rebus apparet Sbaraleam, 518, perperam dixisse aliud MS. seu apographum Fasciculi in Bibliotheca Omnium Sanct. Florentiae servari. De tali apographo nil invenitur. — Marcus Ulyssiponensis in marginibus *Chronicarum* suarum saepissime allegat, etiam post an. 1486 usque ad an. 1523, et inter auctores ex quibus Chronicas suas compegit enumerat: « Fra Mariano da Firenze, che compose le Croniche generali dal principio del l'Ordine, fin' all'anno 1518 », ed. cit. parte III, Neapoli 1680, [p. XI]; cf. ibid. 539 ss. l. VIII, c. 33 sqq. Citationes usque ad an. 1523 primae assertioni manifesto contradicunt. De Compendio autem minime agitur, cum ex Mariano plurimas res haustas indicat, quas Compendium minime comprehendit. Istiusmodi citationes vagae caeterum nequaquam « sextum quemdam librum » Fasciculi exstitisse probare possunt.

(3) Cf. ad singulos annos; locos notatos AFH IV, 122 sqq.; 318 sqq.

(4) V. gr. 1482 n. 57: cf. 1486 n. 1 sqq. (XIV, 330, 404).

(5) N. 1 (XIV, 393 s); cf. 1484 n. 37 sqq. AFH IV, 328.

(6) Ad 1486 n. 1 (XIV, 404): « l. 5, cap. 9 ». Cf. supra, IV, 131.

(7) L. c. n. 3: « Marianus cit. » Supra l. c.

(8) An. 1488 n. 2: « Marian. l. 5, c. 43 ». Supra, 132 n. 10.

(9) N. 4-5; « Marian. l. 2, c. 5 ». Supra, 132 n. 11. De ea ergo alia occasione dixerat Marianus. Nonnisi ex typographi errore in Indice Codicum quibus P. Waddingus Annalibus conscribendis usus est legi ergo videtur: « *Mariani Florentini Chronica ab oriente Religione usque ad annum 1460* » (sic).

(10) Ed. R. P. Rob. Razzòli, LA I, 75-6.

sicut sol. Il II libro ha capi 30, delli quali il primo comincia così dopo il prologo: *Cum sedem b. Petri Apostoli.* Il III libro tiene capitoli 15, et il primo comincia così dopo il prologo: *Postquam sedes B. Petri sine Pastore.* Il IV libro contiene 13 capi, il primo dei quali pur dopo il prologo comincia così: *Cum fratres illi qui ad provinciam Romanam.* Il V libro comprehendi capi 49 et il primo dopo il prologo incomincia con queste parole: «*Scribit fr. Ioannes de Varisio*».

Waddingus saepissime expresse illam Fr. Mariani Chronicam allegat (1) ipso in textu necnon et notis in marginibus lateralibus Annalium Ord. FF. Min. appositis, etiam expresse provocans ad singulos libros atque capitula Chronicae. Hinc, collatisque pluribus locis Waddingi cum Compendio, patet iam hoc non esse nisi extractum tenue ac breve ex longe ampliore *Chronicarum* Fasciculo. Quaenam relatio reapse inter Fasciculum et Compendium intercedat, nempe utrum hoc ex illo revera extractum fuerit, an potius opusculum proprium sit, quod summam rerum in Fasciculo comprehensarum exhibeat, nec investigari nec decidi poterit, deficiente adhuc ipso Fasciculo. Quaestio autem ista merito proponenda videtur, siquidem res ab an. 1486 usque an. 1521 (vel potius 1523) gestas Compendium solum enarrat. Saltem ergo haec ultima Compendii pars certe post Chronicam scripta censenda est, si non totum istud opusculum.

Haec pars Compendii extrema (1486-1523) auctoris tempora tangens speciali ergo valore praestat. At nec iste absolutus, omnique exceptione maior est, uti notae ad editionis calcem appositae manifestant (2). Ad dicta Mariani de priorum temporum rebus quod spectat, — inde ab an. 1480 vel 1470 in antea — licet supponere ipsum pro narratis et loco et tempore vicinioribus, traditionem oralem, memorias atque documenta collegisse et adhibuisse, quanquam ignoratur in specie, quaenam fuerint. Standum erit fidei fontium, si alii detegantur. Porro hoc multo magis obtinet pro temporibus, quae modo dictis praecesserunt.

Fontes antiquiores quibus utebatur Fr. Marianus, quamvis eosdem expresse non alleget, fere usque ad annum 1370 inde ab Ordine fundato, pertingunt. Conquirenda ergo remanent praesertim notitiae vel documenta ab anno 1370 usque in an. 1470, vel circa, decurrentia. Antiquiorum temporum Chronica etc., quae Marianus certe adhibuit, in singulis notis attulimus. Maximam autem partem certo indicari nequit, ex quonam auctore directe hauserit Marianus, quia paucioribus verbis notitias suas perstrinxit, quae saepissime dicta quaedam atque expressiones generaliores repetere solent, sive

(1) Incipiens ab Apparatu ad *Annales*, § III n. 3 (I², 17) usque ad annos superius dictos.

(2) Locum, ubi plura capitula habita fuissent ignorat; an. 1481, 1485 (supra 130-1); an. 1511, 1512, 1514 (supra 140-1). Nomina Vicariorum Glium Ultram. erronee indicavit an. 1511 (140), 1514 (141). Etiam circa Cardinales Ord. Min. sui aevi errat 1502 (137), 1471 (127) etc. Plures etiam Beatos etc. tunc emortuos aliis annis adsignat; supra 129 n. 12; 132 n. 1. — Ex quo recte argui potest Marianum non singulis annis res notasse, sed an. 1520-21-23.

encomia brevia enuntiantes, sive virtutes enumerantes, sive miraculis Beatos claruisse adserentes.

Pro aevo suo (1520-21) uti igitur potuit etiam operibus iam typis vulgatis. Sed nec ista ob rationes allatas certo indigitari queunt. Censemus Fr. Marianum *Memoriale Ordinis Minorum* adhibuisse quod pluries apud *Monumenta Ord. Min.* (1), *Speculum Minorum* (2) *et Firmamentum trium Ord.* (3) prodierat, necnon et forsan tractatum « *De illustrioribus viris et feminis trium Ordinum* » S. Francisci, qui an. 1512 typis excusus fuerat (4). Quod tamen firmiter adserere nolumus.

Ad annum 1449 F. Marianus apertis verbis citat. S. Iacobi de Marchia Sermonem *De excellentia Ordinis S. Francisci*, qui ut editio hoc in *Archivo* primum curata (5), manifestat, parvi valoris est (6), ac paucissima de aevi sui viris refert. Marianus allegat quoque tractatum quemdam ineditum Fr. Cherubini de Spoleto, ex quo nonnisi nomina aliqua principum Tertii Ordinis S. Francisci sumpsit (7). Expresse allegat *Chronicam* Didaci de Valera, qui tamen O. Min. non fuit (8).

Inter fontes antiquiores, quibus usus est Fr. Marianus, adnumerandi absque dubio sunt *Liber Conformitatum* Fr. Bartolomaei de Rinonico Pisani, (scriptus 1385-1390) (9) praesertim Conformitates VIII et XI libri I (10), *Chronica XXIV Generalium* (11) (script. c. 1375), *Provinciale Ord. FF. Minorum* (12) Fr. Paulini Veneti (scr. c. 1335-40); saltem, uti videtur, *Catalogus XIV Generalium* (13) (scr. c. 1305); *Catalogus SS. Fratrum* (14), (scr. c. 1335) Legendae S. P. Francisci: *Leg. Maior* auctore S. Bonaventurae (15) et *Leg. Trium Sociorum* (16). Alia quae rarius adhibuit scripta, ad paginarum calcem adnotata invenis, quin secure ibi dicere vellemus hoc vel illud revera fuisse evolutum a Mariano *Compendium* concinnante. Plura etenim aliquando a se lecta memoriae suae commendaverat, modoque suo ea, prout occurrebant, est elocutus. In genere modo liberiore, et qui sibi aptior videbatur, notitias suas breves proponebat.

(1) *Mon. Ord. Min.*, Salmanticae 1509; tract. II f. 225v-257r.
(2) *Spec. Min.*, Rothomagi, Mart. Morin. 1509, tract. I, f. 60r-82v.
(3) Parisiis 1512, part. I, f. XXVIIr-XLv; Venetiis 1513, p. I. f. 31r-46v.
(4) Ap. *Firm.* 1512, p. I. f. XLIr.-XLIIII. (5) A R. P. Nic. Dal Gal, IV, 304-13. Supra, 126. (6) L. c. 304. (7) P. 126.
(8) AFH II 311; cf. ib. n. 5. Primum typis prodierat Sibiliae an. 1482. — AFH III, 712, directe quosdam increpat «qui mendaciter scribunt» S. Bernardinum non vixisse «sub Vicariis Familiae». Qui vero sic scripserint, non dicit.
(9) Editus v. gr. ap. AF IV, 1906, 1-632. Ibi et de aliis editionibus p. XXXII sqq. Quae cum iam an. 1510 et 1513 Mediolani prodiissent, Fr. Mariano praesto facile erant.
(10) AF IV, 175-364 et 493-564. (11) AF III, 1-616.
(12) Ed. P. C. Eubel, Ad Cl. Aq. 1892, et denuo ap. BF V, Romae 1898, 580-604. (13) AF III, 693-707 MGH SS. XXXII, 653-74: Typis editus fuerat ap. *Spec. Vitae*, 1504 et 1509, f. 207r-215r.
(14) Ed. R. P. Leon. Lemmens, Romae 1903. Prodierat typis (alia eius forma) ap. *Spec. Vitae*, Venet. 1504 et Metis 1509, f. 198v-206v. Cf. supra, 544-58.
(15) *Opera*, VIII, 1898, 504 sqq. et seorsim. Adde probabilius Fr. Bernardi de Bessa, *Liber de laudibus b. Fr.*, AF III, 660-92.
(16) Cf. AFH I, 100 n. 2-3. Est autem ex *Leg. 3 soc.* traditionali.

Notarum nostrarum series variaque lectori vel parumper attento ostendit Fr. Marianum, licet caeterum diligens rerum anteactarum indigator et insignis exstiterit, pluribus in locis certo errasse (1) vel saltem minus recte sensisse, quoad personas, quas falso Ordinis S. P. Francisci censuerat, quoad annos quibus narrata a se tribuit, quoad facta ipsa ab eo exposita vel breviter enumerata. Apparet etiam Waddingum pluries Mariano contradixisse (2), et Fratres plures ali aevo adsignavisse, quin videamus, utrum hoc fecerit ob res a Mariano auctore, in *Fascicul. Chronicarum* fusius relatas, an aliis rationibus motus, uti interdum certe accidit.

In notis istis in decursu Compendii Chronicarum appositis id intendebamus (3), ut quam brevissime fontes necnon auctores de beatis vel illustribus viris a Fr. Mariano commemoratis indicaremus, ita ut in operibus ibi enumeratis quilibet, cuius interierit, plura invenire possit. Brevitati maxime studentes opera saepius adhibita siglis designavimus, quas lector in foliis unicuique fasciculo insertis inveniebat enucleatas, modo autem collectas habet p. 585s.

Id quod Waddingus, Haroldusque de stylo latino humillimo, vitioso, imo et saepius barbaro Fr. Mariani dixerunt (4), quilibet Compendium perlegens, quamvis lugens confirmabit. Phrases dictionesque illas vitiosas plerumque non correximus, ubi vero hoc necessarium omnino duximus in notis variantium lectionum dicendi modos Fr. Mariani retulimus.

De *vita Fr. Mariani* pauca sunt quae constant (5). Ex testimoniis Chronicarum Tusciae Provinciae discimus eum certo obiisse 20 iulii 1523, dum pestilentibus Florentiae inserviebat (6). Tunc erat conventus S. Salvatoris prope Florentiam. Videtur fuisse ex familia de Ughis (7),

---

(1) Cf. supra I, 100 nota 5, 6; II, 95 n. 3, 14; 96 n. 2, 6; 99 n. 4; 100 n. 7; 102 n. 2, 7; 104 n. 10; 307 n. 7; etc. etc.; 462 n. 3; 468 n. 15; 472 n. 4; 635 n. 1; 639 n. 2, 12; III, 297 n. 1; 78 n. 2 etc.; 307 n. 4; 700 n. 5; etc. etc. Cf. supra 00 n. 00.

(2) AFH II, 704 n. 2; 705 n. 1; 709 n. 5 etc.

(3) R. Razzòli, LA I, 124; ibi in diss. 123-6: *Il compendio delle Cronache generali*, hanc notam P. Tognocchii vulgans (124), ubi hoc MS. delitesceret ignorabat. Sed p. 126 promittit se vulgaturum esse « *extractum; quod ex hoc Compendio fecit P. Ant. Tognocchi* ». Hoc esse in quodam MS. P. Tognocchii in Conventu OO. Sanct. Florentia, nobis quidem nuper A. R. P. Rob. Razzòli Hierosolymis gr. scripsit, sed frustra illud quaesivimus nos ipsi, necnon et R. P. Henricus Bulleti.

(4) Postquam R. P. Theophilus Domenichelli O. F. M. primam Compendii partem in AFH I, 98-107 vulgaverat, opus prosequi noluit vel non potuit, quam ob rem laborem istum, a fasciculo I anni primi usque ad an. secundum AFH interruptum, Directio ipsa Periodici in se suscipere coacta est.

(5) Cf. 559 n. 2.

(6) Iuxta catalogum pestilentia abreptorum Fratrum 1523-1527, ap. P. Ant. Tognocchi da Terrinca in op. MS. *Più alberi* (MS. Conv. Omnium Sanct.): « Mariano di Firenze, scrittore et homo di gran valore morì di peste nel Ceppo [i. e. hospitali] di Firenze, 20 iulii 1523 ». LA I, 30.

(7) Iuxta Dion. Pulinari, O. M. Obs., *Chroniche della Provincia di Toscana* (MS. conserv. ibidem) p. I, pag. 1; cf. p. II, 137. LA I, 29.

natusque esse Florentiae circa annum 1450 (1); unus ex quatuor Fratribus fuit (2), qui an. 1504 habitum S. Francisci in quo stigmata recepisset, Monte Acuto Florentiam detulerunt.

Haec vero de Fr. Mariano chronographo (3) Fr. Dionysius Pulinari alio in opere habet (4): « Fidelis et solertissimus rerum nostrarum indagator et relator, qui res humanas deseruit anno 1523. Plures hic adinvenit nostrates sanctitate celebres, pluresque novit et litteris commisit, at eius opera cum sint Romae videre non licuit ». — Collatis inter se fol. 262r Codicis 316 *Bibliothecae Volaterranae* (5), ubi Fr. Marianus sua ipsius manu scripsit notam, cum *Codice Moreniano* 96, ac praesertim ipsius ultimo f. 70v, liquet Codicem hunc Fr. Mariani autographum *non* esse, ac ab ipso scriptam esse tantummodo rubricam: « *Omnia in hoc volumine conscripta sunt per me fratrem M*[arianum], *editaque patribus meis corrigenda relinquo* ». Textus ipse *Compendii* ab alia manu exemplatus est, cuius exemplum Fr. Marianus authenticum declaravit subscripto nomine, non obstantibus lacunis quibusdam in MS. aperte relictis, aliisque mendis. Hanc *primam* ergo *Compendii recensionem* absolvit Fr. Marianus anno 1521 vel 1522, uti e narratis in eo constat, et ex infra dicendis de alio Compendii *Codice Montis Ughiorum*. — Ex descriptione autem alterius codicis, quem P. Antonius Tognocchi an. 1686 in Bibliotheca Conventus O. F. M. in Monte Lunensi, alias Giacherini, prope Pistorium invenit, liquet illum Codicem hodiernum Morenianum, quo in edendo textu Compendii usi sumus esse. En illa descriptio (6):

« Questo manoscritto (i. e. Compendium) si trova questo giorno 30 gennaio 1686 a Nativitate nella libreria grande del nostro convento di S. Francesco a Giaccherino presso Pistoia nel B XXI nel penultimo infimo grado. E... di fogli 70 numerati ed il foglio porta due facciate, sicche sono facciate 140. Al quale da incerto sono state aggiunte alcune Prediche che per essere materia cosi differente lascio il giudizio ad altri di chi le ne possa aver aggiunte. Che avevan che fare le storie con le prediche? le prediche con le storie? E però facile che siano del Padre Daniele dalle Reti, perche nel frontispizio del primo foglio sta scritto: *Fr. Danielis de Retibus S. Mariae in Balneo,* del quale sono altri MS. nella stessa biblioteca e Banchi ».

---

(1) P. Tognocchi in op. MS. (ibid.) *Più vite:* « Principiò a scrivere circa il 1480 e durò fino al 1523 nel quale passò all'altra vita ». LA I, 74. Si hoc de an. 1480 dictum constat, recte concluditur eum natum esse c. 1450. LA I, 23.

(2) Pulinari, *Chroniche*, p. I, 39-50 LA 32.

(3) L. c. 29; Pulinari, *Chroniche,* p. I, p. 1: « Questa sarà una cronichetta della Provincia di Toscana di noi frati Minori dell' Osservanza di San Francesco, seguitando in tutto quello si potrà un Fra Mariano da Fiorenza, che ne fece Cronache per insino alli suoi tempi, ma non le transcrisse per insino alla morte sua, che morì di morbo nel Ceppo dove che lui per la carità era andato a confessare li ammorbati ».

(4) Item MS. (Conv. OO. SS.) *Theatrum etr.-min.*, (2 voll.) part. II, p. 883.

(5) Cf. Sabatier, *Bartholi,* 144-6, qui cl. v. P. Sabatier dictae paginae photographiam benigne nobis transmisit (cf. 146 n. 1) pro quo debitas ei referimus gratias. (6) Tognocchi, *Notizie varie*, MS. (Conventus OO. SS.) sine fol. numerat. LA I, 124.

Non solum foliorum, paginarumque numerus utriusque Codicis accurate inter se convenit, sed et in margine superiore MS. Moren. adhuc legitur: «*Fr. Danielis de Rhetibus S. Mariae in Balneo*». — Idem ergo codex est ille ac iste qui modo Bibliothecae Morenianae est. Sermones vero, olim Codici compacti, ablati fuerunt, utrum ut desiderio Tognocchii fieret satis, an aliis de causis, nescimus.

Quando autem bibliopegus volumen ligavit c. 1830, addita est Relatio penitus apocrypha de Nicolao V corpus S. Francisci invisente anno 1447 (1); Fol. 72r. sub titulo alia manus notavit: *Tradidit disputationi eorum.* — Est autem relatio edita ap. Wadd. ad an. 1230 n. 4 (II² 236-8) (Cf. Wadd. ad 1449 n. 11 (XII², 25). Aliam Nicolai V invisionis relationem habes ap. P. Ferd.-M. d'Araules [Delorme], *Vie de S. Bernardin de Sienne*, Rome 1906, p. VIII-XI, (de quo AFH II, 333-4).

Quia vero ibi commemoratur alius quidam prope S. Franciscum tumulatus «habitu b. Dominici» (cf. Wadd. II², 238) pauca (caeterum notissima) addit hoc MS. de amicitia inter S. Franciscum et S. Dominicum et quia in fine relationis illius dicitur (Wadd. l. c.) in tribus tribunis circa corpus S. Francisci tumulata iacuisse Sociorum eius corpora, in fol. 1-4 (2), quae postea addita sunt, locos quosdam *Compendii* refert, de quibusdam qui ibi tumulati esse poterant, scil. illos de Iacoba de Septemsoliis (AFH II, 92, 98) de Fr. Aegidio de Capociis, Fr. Guido de Senis (II, 457) de B. Aegidio, socio S. Francisci (I, 101; II, 317) et Fr. Electo de Assisio, (II, 628) qui prope corpus S. P. Francisci sepulti essent etc. — Fol. 3r notatur *Compendium* nihil dicere de Nicolao V Corpus S. Francisci visitanti sed tantummodo de Sixto IV; cf. fol. 63r, i. e. AFH IV, 323. F. 4r citatur etiam Papini, *Notizie sicure*, Firenze 1822, recte negans (3) quempiam corpus S. Francisci conspexisse ante an. 1818 (4).

Antequam clmus v. Car. Nardini codicem Morenianum detexit (5) alius Codex Compendii a duobus scriptoribus anonymis inventus erat anno 1905 (6) et denuo 1906 (7).

Codex ille servatur revera in Bibliotheca FF. Min. Capuccinorum Conventus Montis Ughiorum prope Florentiam. Est Codex chartaceus, in-4°, pergamena coopertus, centim. 23×17, tempore Fr. Mariani Florentini scriptus. Unum adest folium pro custodia

(1) In cod. cit. (cf. AFH I, 99) revera habetur relatio illa apocrypha, et quidem uti hic, italice versa.

(2) Nequaquam vero «animadversiones criticas» circa Compendium continent, uti dictum est AFH I, 99.

(3) Cf. ibi 77 sqq. (ed. Fuligno 1824, 72 sqq.). Cf. Supra IV, 323 n. 12.

(4) L. c. 106-112; (95-101). (5) Cf. AFH I, 98.

(6) Cf. notam brevem *Le Compendium Chronicarum de Fra Mariano de Florence*, ap. *Etudes Franciscaines*, (EF) XIII Couvin 1905, 96-7 (in fasc. ianuarii 1905); cf. l. c. XIX, 1908, 423.

(7) In *Bollettino del Terz'Ordine Francescano*, Padova, Via Cappuccini n. 4; an. V, n. 7, (in fasc. maii) 1906, p. 124-7. Quam notam *Miscell. Franc.*, X, (fasc. mart.-april.) 1906, 57-9, denuo vulgavit, nihil suspicans (uti nec notae auctor) codicem eumdem iam fuisse interea descriptum. Nec *Boll.* nec EF innuerunt ubi Codex servaretur. Sed R. P. Eduard. Alenconiensis O. Cap. postmodum ap. EF XIX, 1908, 423, insinuavit Codicem esse in Archivo Provinciae Tusciae RR. PP. Capuccinorum; deplorans insimul opus ex illo Codice non fuisse prius editum.

in principio necnon in fine; numerantur folia 118, ultimum vacat. Cuiuslibet in paginae summo scribitur: *yhs.* Fol. 1-30v et 82r-117v parum alio modo, ab eadem tamen manu exarata sunt, lineis pluribus 24, 25 vel 26, ac (in fine) in charta nonnihil tenuiore. A f. 31r-81v manus eiusdem scribae lineas penicillo traxit, marginesque laterales item distinxit. Inde a f. 31r rubro atramento, caeterum in genere perpallido, plura descripsit, scil. Beatorum nomina quaedam, Capitula Ordinis etc., incipiens f. 31r: « Accursius laycus de Florentia » i. e. AFH II, 458; Capitula rubro illo adnotat inde ab an. 1272, i. e. AFH II, 459. In marg. saepe numerum annorum de quibus agitur, repetit.

Textum huius codicis, qui Fr. Mariani auctoris subscriptione caret, ac post Codicem Morenianum scriptus penitus est, partim accurate, partim cursim contulimus, omnes tamen paragraphos in editione nostra distinctas examinantes atque accuratius ea attendentes, quae in MS. Moreniano parumper correcta videbantur, et lacunosa etc. dignoscebantur. Infra variantes et differentias notabiles singulas edimus (1).

Ordinatim codex iste (**B**) presse sequitur textum Codicis Moreniani (**A**), nec ab eo nisi additionibus paucis (necnon omissionibus) infra notatis discrepat. Scriba Codicis istius textum Fr. Mariani pluribus in locis, quod grammaticam respicit, mendosum, saepissime correxit, ita tamen, ut textum vitiosum Fr. Mariani iam accurate a se exemplatum postmodum eraderet, vel calamo oblitteraret, formam verborum rectam deinde utcumque substituens (2), ita ut prior forma mendosa adhuc transpareat.

Discrepantiae notabiles inter Cod. A et B.

Paucissimae in Codice **B** sunt additiones quae res ipsas narratas quoquo modo tangunt, emendationes autem huius generis nullae. Sed alia ex parte quaedam etiam omissiones non leves in **B** occurrunt (3). Illas additiones atque ultimam, quae maior caeteris est, alius quoque, uti ipse scriba dicendi peritior Mariano, non necessario Auctor, addere potuit. Pensandum quoque istum codicem **B** Fr. Mariani authenticationem non habere. Omnibus autem perpensis, additiones aliaque ab ipso Fr. Mariano adiecta esse putamus, non quidem in codice Montis Ughiorum (**B**), neque minus in codice Moreniano (**A**), ubi desunt, sed alio in codice, quem **X** dicimus et ex quo **B** exemplatus fuit. Quanquam neque in **X** (proinde nec in **B**) omnes lacunae resarcitae erant ab auctore, hic tamen rerum narratarum seriem, quamvis parum, *ad annum scil. 1523* (quo ipse Marianus nempe obiit) *protraxit*, aliquibus etiam in locis pauca alia addens. Ergo iuxta solitum loquendi mo-

(1) Annuente humane A. R. P. Provinciali Carolo a Castro Plano, et R. P. Guillelmo, Bibliothecario, eum ministrante, Codicem examinavimus; pro quo e corde grates heic dicimus.

(2) Ipse scriba postea hoc egit, alio calamo. Adsunt vero et aliae, et ipsae solummodo mendorum grammaticae correctiones, manu longe posteriore additae. Hae pro textu Mariani constituendo nil utique conferunt.

(3) Cf. 568, l. 25, 39 et 51; 569, l. 50, (cf. l. 21); 570, l. 22 et 43; 571 l. 2.

dum, formam Compendii in **B** exhibitam, *alteram Compendii Chronicarum Ord. FF. Min. recensionem sive editionem* dicendam esse ducimus.

Cod. **B** incipit f. 1r (1): « In Thuscia regione Italiae et valle spoletana anno domini 1181 et 23 pontificatus Alexandri in stabulo super (2) fenum... ». Lin. 5 post « in ulnis » om. « *suis* » et « ut peregrinus » legitur in margine. — L. 6 « signum crucis impressit ».

AFH I, 100 l. 2 « venerat *ipsum* » om. B; A in vacuo finis lineae postea adiecit. L. 7 « hora *ita* » om. B. — L. 9 « Beatus *pater* (Fr.) » add. B; sic et infra generatim. — L. 15 « autem *hoc* » om. B. — L. 17 « corporis *eius* » om. B; A postea superscripsit.

P. 101 l. 1 *Frater* (Bernardus) add. B. sic et infra generatim. L. 3 « sanctitatis *extitit*, quod ipse (3) ». — L. 12 « multa *subtilia* (4) ». — L. 23 « herbis *videlicet* » om. B, sed adest pro vocabulo hoc lacuna in MS. — L. 26 « in *minorum* hedificio » B; A. potius « *mirum* ». — Menda grammaticae hac in paragrapho eadem habent A et B.

P. 102 l. 5-6 « aliqui viri *receperunt* »; postea autem, pro more suo diligentiore B correxit in: « *recepti sunt* ». — L. 15 « Ioh. *de* S. Constantio »; sic et A (5). — L. 18 « Fr. *Barbarus* vir sanctissimus et fr. Bernardus de Viridante in omni virtute decorus (6) ». — L. 23 « exoptans *presentiam* » (A habet, sed erronee « *penitentiam* ». — L. 24-5 « qui dispersione*s* congregat *filios* Israel »; A uti editio (7). — L. 27 « operante *clementia* ». In Ed. nonnisi typothetae error est. — L. 29 « Itaque *ubi* sunt omnes congr. »; *ubi* B postea super scripsit; A om. *quum* (8). — L. 36 « *et* hospitarentur » sic et A. — L. 40 « oportet *te* ». Sic et A; habuerat A quoque « ferre *per cingulum* », sed postea corr. in « *pro cingulo* ». — L. 46 « et in *arduis* negotiis ». Sic et A.

P. 103, l. 3 « qui [in] altis videbatur ». A, B om. *in*. — L. 4 B « Franciscum *cum sociis suis* ». — L. 5 « foras egressus »; (A uti Ed.) — L. 7 « Iohanni *de* Columna »; B postea superscripsit *de*. — L. 8 « qui obtulit se ei *in* procuratorem »; B *in* superscr. — L. 12-3 « quid *hoc* vellet » om. *visio*; et *hoc* ex *hec* correxit B. — L. 16 « modicus *et* despectus ». Sic et A. — L. 19 « dum autem quere*batur* ». Sic et A. — L. 37 « et futuri B postea corr. *futurorum*. — Not. (*a*) B *fluxerunt* sed post corr. *fulserunt*.

P. 104 l. 11 « *virtutibusque* ». — L. 13 « Legendam... *qui* » (erronee). — L. 14 « vir utique *magne* orationis »; A uti Ed. — L. 23 « per *signum* crucis » sic et A. — Not. (*a*) uti in A; sed B correxit *naturalique sensu*. — Not. (*b*) uti in A.

P. 105 l. 7-10 « Simon de Assisio... tamen tam profunde et tam alte de Deo loquebatur, *quod verba eius supernaturalia videbantur* (9). — L. 22 « obedientia ». (Nonnisi error typogr.). — L. 31 « Guido de Cortona » B et A. — Not. (*a*) sic et in B.

---

(1) In marg. scribitur annus: « *A. D. 1181* » et « *yhs* » more solito.

(2) Sic et A, uti nova eiusdem collatio nos edocuit. — Litteris *obliquis* ea vocabula, vel vocabulorum partes exprimimus, quae, relate ad Cod. A, in B. variantur. (3) Sic et A. Item. (4) Item. (5) Item.

(6) *Conf.* 177 l. 14; 243 l. 30-1; 362 l. 25. — CG 4 l. 9-10, manifestant hic revera agi de Fr. *Barbaro*. — Tamen A minus recte habet *Bernardus;* cf. *Catal.* 43 n. 3. (7) Item A, uti nova collatio edocuit.

(8) Item. Sic et sequentes correctiones A vel Editionis accipiendae sunt.

(9) A om. *quod — videbantur*. Verba ista sunt ex fonte, scil. *Conf.* 244 l. 8-10; (CG 159 l. 9-11). Non tamen absolute necessaria sunt pro phrasi texenda.

P. 106 l. 1 « in toto *ordine* » B et A. — L. 1 « post mortem s. *Patris* (add. B),.. recognita culp*am suam.* » B et A. — L. 7 in Greci*am directus* » add. B in marg. — L. 12 « constituit *qui* » sic B erronee pro: *quo* A. L. 14 « electus *est* » om. B. — L. 17-8 « in eccl. Sancti Galli *extra Florentiam... ut* (sic B et A) dictum *est* ».

P. 107 l. 17-8 « scilicet *quod* (B et A) non vocaverat eum *pro* se tantum ». — Not. (*b*) et (*c*) uti in A.

AFH II, 92 l. 8 B corr. « *virum* nempe sanctu*m*... clarum ». — L. 10 « *Fratrem* Guillelmum » B corr. (Sed l. 13 « *Secutus* est » B et A). — *Septemzonis* in marg. B corr. « *alias soliis* ». — L. 27 « *Anconam transmeavit* », B uti Ed.

P. 93 l. 25 « *euntes* » B corr. in « *euntium* .... ita *quod* » sic et B. — L. 7 « *cum pena maxima* » B oblitteravit ac corr. suprascripsit *vix.* — L. 38 « *Ricegerius* » quod post corr. *Rogerius.* = P. 96 l. 25 *Venetias* corr. *Venetiis.* — L. 26 *Bononiam* corr. *Bononiae.* = P. 98 l. 18 « Matheum Rubeum de Ursinis, virum utique potentem *et magne sanctitatis et caritatis* » add. in lacuna quae est in B). — L. 20 « de Septemzonis » in marg. corr. *soliis.* = P. 99 l. 10 « dominico sepultus » delevit B. = P. 104 l. 10 « Urbevertum » corr. B. « in *Urbe veteri* » — L. 14 « *Aragonum* » (sic et A) rex ». = P. 107 transposuit ordinem beatorum hoc modo: « Fr. Dominicus...». « Fr. Paulus...». « Fr. Martinus... ». « Fr. Otho... ». — L. 18 « Ecclesie *rebello* » B corr. *rebelli.*

AFH II, 305 not. (*a*) B corr. « *Avinionatum* ». — Not. (*b*) *ordinem* B. = P. 306 l. 22 « Fr. Iohannes de Steincal, Provincie Argentine *multis claruit miraculis* »; B omisit alia de eo dicta in A. Quae verba « *m. cl. mir.* » caeterum adsumpta videntur ex paragr. sequenti. = P. 307 Not. (*a*) B uti A; sed B corr. *quoddam.* — Not. (*b*) B *Theologie.* = P. 307-8 B transposuit: « Fr. Electus...». « Fr. Asson...». « Fr. Nicolaus...». « Fr. Alexander de Ales...». « Fr. Aldulfus...». — Not. (*a*) B uti A, sed B corr. uti habet Ed. — L. 29 « Fr. Electus, fr. Iohannes *de Vuabeth*, fr. Corradus ». Sed Fr. Ioh. de Vuaberth nominatur in A p. 309 l. 6-7, ubi tamen B eum omisit. P. 308-9 B transp. paragraphos: « Fr. Gerardus...». « Fr. Electus...». « Fr. Theodoricus...», atque par. « Fr. Nicolaus...» post « A. D. 1246...» posuit. — L. 25 « novos oculos *cuidam a quo fuerant eruti reddidit* », sic B; in Edit. ergo recte e fontibus supplevimus.

P. 312 l. 2 « Innocentius *papa* IV qui [om. *etiam*] officium ». — L. 5 « agendum *eam* dixisset ». Sic ergo male B. corr. *esse.* — L. 11 « *a saeculo* »; deinde B omisit l. 11-16. — Not. (*a*) et (*c*) uti in A. = P. 313 Not. (*a*) ut in A, sed corr. Not. (*b*) et (*c*) uti in Edd. = P. 314 l. 30 « divinitus *dictus* (add. B) quantum ». = Not. (*a*) uti A. = P. 316 Not. (*b*) uti Edit. — Not. (*c*) uti A: *valentes.* = P. 318 Not. (*b*) uti A: sed B post. corr. *integrum.* = P. 318 l. 7 « Fr. Raynerius [de Fabriano om. B] vir... ».

AFH II, 457 l. 9 B erronee: « Egidius de Cap*ariis* ». — L. 11 « Guido » (Guid*us* A). = P. 458 l. 8 « adolescentia *sua* » add. B. — L. 17 « Iacobus Bartol*aris* » erronee. — L. 19 « optav*it* ». = P. 459 l. 10 « ad *celum* » corr. B. — L. 12 « Sanct*anensis* » falso. — L. 16 « et *miraculis* » delevit. = P. 460 Not. (*b*) « pro alterius form*ae* habitus provis*ione* » (A religione). = P. 461 l. 14-16 « Eodem — miraculorum » omisit B. = P. 463 l. 20-5 Iulianus Theuthonicus.... Hic historias beatorum Francisci et Antonii quoad cant*um* (sic et A) et antiphonas et responsoria *composuit* ». Quam ultimam vocem e fontibus supplevimus: *fecit.*

— L. 32-7 «Bernardus de Bessa.... scripsit, videlicet, libellum de proposito Regule ad emulos confutandos *et fratres ad vivendum secundum regulam informandos, item libellum ad informandos* novitios».

P. 464 l. 30 «Hieron. de Esculo qui *tunc*» B corr. ex *nunc*. = P. 465 l. 25 «Clareb*ant*» falso. = P. 466 l. 3 post «videlicet» add. *quidam*. — L. 34 «claudens extremum», B om. *diem*. = P. 467 l. 35 B uti in Not. (*c*), sed pro *pluris* hab. *pulveris* quod postea corr. *pulvis*. = P. 468 l. 25 «*in* regno Castellae». = P. 469 l. 18-21 ordinem invertit: «Amatus...». «Symon». = P. 470 l. 4-5 om. «die 4 decembris». — L. 6 «Nico*laus* de Senis». — L. 23 «Philipp*us* de Regno».

P. 471 l. 7 B add. (f. 44r) «*Guido de Florentia* (1), *laicus, vir perfectus et obedientie spectaculum*». = P. 472 l. 8 «Generalem ministrum». Sic B et A. — Post l. 32 B nullam habet lacunam; sed parvam habet p. 626 l. 1 post «*supradicto*».

AFH II, 627 l. 20 «In *Bavaria* minori» penitus erronee. = P. 628 B transp. «Per hec tempora...». «Anno 1306...». — L. 27 post «prophetico» B om. «claruit». = P. 630 l. 5 «corrusc*at*». — L. 37 «quoque anno misit»; in marg. «1310». = P. 631 l. 7 om. «1308» — L. 24-5 «Gualterius *qui et* Burleus»; sic A et B. — L. 26 «Iohannes Grando*nis*»; sic A et B.

P. 632 l. 29-30 «claruit — scientie» usque ad p. 633 l. 10-31 «que de voluntate — medium ecclesie» omiserat B, sed postea addidit (f. 53r.) cum hac animadversione: «Aueuono a andare nellaltra faccia. errai». = P. 634 l. 26-635 l. 11 transposuit sic «Ipso quoque anno...». «Anno Dom. 1313». «Trig. sec. cap.». «Ugo de Prato». = P. 636 l. 17 «b. Mariae *Virginis*» add. B. — L. 25 «de tempore et *de sanctis* per totum annum». = P. 637 l. 12 «S. Mar. *in* Aquiro». — L. 18 «Ed. anno», om. *quoque*. = P. 639 l. 35 post «Bereng. Pisanus», «*Franciscus de Esculo, Guill. de Ocham*» inserit, nil in paragr. mutans.

AFH III, 294 l. 8 «Odonis *nunc*»; B corr. *tunc*. — L. 23 «S. Rom. eccl. *Cardinalis* per Innoc.». = P. 297 l. 27 «In ducatu *Livione*» falso. = P. 298 l. 27 «Domino famulavit» B postea corr. *famulata est*. — L. 29-3 «mortuo *iam* viro» B. = P. 299 l. «sup. sentent. *edidit*» om. B. — L. 20 «*lus*trantes» B falso. Huius verbi erronei formae aliae pluries occurrunt. — L. 24 «laudabil*em* summam». = P. 300 l. 11 B om. *scripsit*. — L. 31 «corrusc*at*». = P. 304 l. 27 «Sancii» A. — L. 32-6 B post corr. «fr. Guillelm*um*» sic et ceteros. = P. 305 l. 16 «et Ordinis 158» hoc omisit B et quidem generatim; quod semel pro semper animadvertimus. — L. 36 «fluxerant» erronee pro *fulserunt;* sic et saepius. = P. 307 l. 6 semina*runt*». — 308 l. 15 (Leonardus de Giffonibus)... «Clementem VIII *episcopus Cirme*», add. B. sed falsum esse videtur. = P. 309 l. 7 «Ioh. Chrich.» B et A.

AFH III, 702 l. 38 «*Floruit* etiam». = P. 703 l. 29-32 «Hierusalem Saraceni *interfecerunt* fratrem Nicolaum etc.»; sic B; A uti Ed., quam formam B corr. ex: *interfecerunt*. = P. 704 l. 30 «Hyeronimi *incipierunt*». Sic et A, sed corr. uti in Ed. = P. 707 l. 35 «et alias»; sic et A. = P. 708 l. 39 «requie*scit*». = P. 710 l. 4-8 «Girgante» B corr. «*Agrigento* (sic et infra IV, 130) *de Sicilia*»... «episc. *electus*» B corr. *factus*... «a sec. mig*rans*».

P. 710 B omnia praetermisit a l. 9: «Anton.de Bitonto» usque l. 32 «veneratus est». = P. 711 l. 28-9 «Hieron. della Stupha... miraculis

(1) Differtne a Guido Bonato Florentino, qui aetate provectus institutum Minorum est amplexus, an non? De hoc cf. II p. 464, n. 6.

clarus, *qui vulgariter dicebatur: el predicatore de captivi latini et delle buone sententie* »; add. B. = P. 712 l. 3 « *Beatus* Iacob. de Marchia ». — L. 12 « coadunati » etc. uti Ed. = P. 714 l. 1 « Alii *quam* plurimi ». L. 6 « *Antonius* germanus » erronee pro « Antimus »; cf. Wadd. an. 1439 n. 29. — L. 22-3 « ut exhort*arentur* ». — L. 33 « prodigiis *decoravit* ».

AFH IV, 122 l. 6 « non sine parvo » B superscr. *magno*. = P. 125 l. 21 « Perusio *que* infirma ». — L. 23 « Soror Theodora, nobilis Romana, *vita et virtutibus clara soror Serafina etiam de Roma et soror Marg.* ». Partem hanc hic insertam habes l. 29 s. et p. 336 l. 12 s. = P. 126 l. 6 om. « *etiam* scripsit ». — L. 18 om. « infrascr. vid. ». — L. 19 « Mari*am* » etc. alias sic. — N.(*a*) corr. « *Flandriae* ». = P. 127 l. 35-6 « Christophorus de Modoetia... Med. *iacet* ». = P. 128 l. 6 om. « licet div. temp. ». = P. 129 l. 14 « ad suum *sepulchrum* ». — P. 130 l. 30 « lo*cus* (sic et A) Antelle *sepultus est* ». — L. 35 « ut s. *utebatur* ». = P. 133 l. 1 « Bernardus Hung*arus* ». = P. 135 l. 17 rustic*is* ». = P. 136 l. 10 « Insuper quo[que] »; sic et A. — L. 20 « Qui [Pius II] *quid* Eugenius circa familiam Observantiae *statuerat et per Callistum alterata fuerant* restauravit ». — L. 27-8 « *Pater* frater Ant. de Bitonto... magister » B om. « qui scripsit ». — L. 30-1 « Hier. de *Stufa de* (add. B) Florentia... l. 33 contemplan*dum* ». = P. 137 l. 10 « Ruphinus de *Ferezano* » (et A potius sic). — L. 17-20 « Sextum Capit. — Dixmuda » B praetermitit. Tamen numerus Capitulorum horum postea prosequitur uti in A.

AFH IV, 318 l. 28 uti in A « Hic scripsit » cum lacuna ; sed B postea duo haec vocab. delevit. = P. 319 l. 7-10 « Rev. Ludovicus de Libreto... devotissimus *fratribus* (erron. pro *filius*) b. Francisci aetatis suae *90* (add. B) cum habitu... migravit ad Dom. ». — L. 19 « Taglacarne *de Levanto* » add. B. — L. 22 « celebrans hostia*m* ».

P. 322 l. 15-31: « *Verum* et alias congregationes... fecit [et] fovit.... *que sunt* (B om. « videlicet »). — L. 23 « Congregatio Amadeorum, a quodam fratre Amadeo Hyspano, *beato multis miraculis ornato,* que congregatio *in provinciam erepta* [lege *erecta*] *est et vocatur provincia S. Petri Montis Aurei* (1). Congregatio Minimorum a S. Francisco de Paula Calabrese, *iam nostri* ordinis novitio incepta, *et nunc in celo glorioso et sub Leone X canonizato* (2); nunc ab ecclesia approbata *est* ».

P. 323 l. 20 « *Neapoli* » corr. sic et in genere. = P. 324 transpos. l. 11-13 « In Prov. S. Francisci... ». « In Prov. Mediol... » l. 9-10. Singulasque paragraphos p. 324-26 l, 2 ordine invertit. — P. 325 l. 21-2 « Bernardinus de Feltro... famosus fuit, *et multis quotidianisque coruscat miraculis* », add. B. = P. 326 l. 10 « Lodov. de Hilbergo » minus recte quam A. — L. 30-1 « Anno... Michaelis de... Barga [om. « innumeris »] *mi*raculis *clari* »; B corr. ex « clarus ». = P. 328 l. 18 « Eodem *tempore* » B, minus recte. — Capitulorum loca omissa sunt uti in A. — L. 38-9 « Etiam in Tuscia *ad Pistorium in loco Giacherini* (add. B) migravit *ad Dominum* (add. B) sanctus fr. Alexander de Verona, *laicus* (add. B) vir prod. ». = P. 330 l. 1 « in *loco* Mensurate .... fr. Franciscus de Cropo*no*... integer (sed post. B corr. integ*rum*) et *omnium* (add. B) aromatum fragran*tiam* redolente (B corr. redolens)... ferre (B corr. ferri).

P. 332 l. 25-7 « Anno Domini 1495 die *11 aprilis* celestia regna penetravit fr. Angelus de Clavasio, coruscans miraculis *in loco Cunis*

(1) Iam an. 1518; cf. Wadd. an. cit. n. 21; cf. 1520 n. 32 sq.
(2) Scil. 1 maii 1519; Wadd. an. 1519 n. 3. *AA. SS.* april. I, 118 seqq.

tumulatus est (1)». = P. 333 l. 6-7 « assiduis signis (B corr. assid*ua* sig*na*) sanctitatis o*stendens* » (hoc et A) — L. 22-4 B omisit; deinde 2 seqq. paragr. ordinem invertit. — L. 30-2 « in conventu *Marchinensi* (falso) .... Oliverius *Mailardi* » (add. B) — L. 37-8 « in Castro T*aberne* ». = P. 334 l. 17-22 transp. has paragr. — L. 22 « Torniellus *de Novaria* » add. B. — L. 34 « nepos... Sixti *praefatum* » (lege: *praefatus* uti et A habet). = P. 335 l. 1 « *et postea* de familia *vero* (hoc superscrips. A). — L. 31-3 « In prov. Marchie... Gerardus de Florentia... etatis sue anno *105* » (add. B). = P. 336 l. 31 « Provincia *Poloniae* » add. B. = P. 337 l. 4 « electus *est* ». — L. 22 « in quo fuit *electus* (sic A) fr. Mart. Boulier electus (A sic bis). Qui obiit *secundo anno* (B; sic corr. ex « secundus annus ») sui triennii ». — L. 26 « Ipso *quoque* anno ». — L. 28 « erat Card. pronunc. » om. B. = P. 338 l. 8 « Theologia *et acerrimus disputator* »; add. B. — L. 27 « Domini 309 » om. B. — L. 29 « Sigillum Ordinis » (om. B). — L. 30 om. « Observantiae ». — L. 22-3 « de Forlivio » om. B. — L. 37 « octav*am* ». = P. 339 l. 2 om. « in legibus ». — L. 3 om. « ubi ». — L. 10 om. « quidem ». — Not. (*a*), (*b*) nihil in B vacat.

Post p. 339 l. 13-6 « Centesim. quintum... — Paulus de Sonzino » B prosequitur:

« *106 capitulum generale in conventu et provincia* (2) *Burgensi regni Castelle in sancto festo Pontecostes anno Domini 1523, in quo fuit electus in 47 generalem ministrum frater Franciscus de Angelis hispanus.*

Collecta sunt et condita seu colligata hec omnia per fratrem Marianum de Florentia Provinciae Tusciae [in marg.: *anno 1528*](3) *in loco s. Salvatoris apud Florentiam* ».

Postea eadem manus adiecit quoque versus Dantis, Parad. XXXII, 139-41, sed aliquatenus adulteratos, seu suo fini adaptatos, hac forma:

E perche o finito questa somma
I faro punto come buon pastore
Che come gli a del panno fa la ghonna.

Tunc novies scripsit *yhs*, semel addens: « *F. Marie Virginis* ».

---

(1) Hinc brevitatis ergo variantes in editione nostra specialiter adnotatas et cum B concordantes colligimus. Ubi addimus *corr.* intelligas B formam vitiosam correxisse uti Editio nostra; si variatur forma nova, scil. correcta, hanc post « corr. » apponimus. AFH II, 462 a. 462 a corr. 466 b corr. *sepellitum.* 467 b corr. 471 a, b. 626 a corr. *1279*; *Urbe Veterum.* 627 b, c. corr. 628 c *Iacopono* 629 a, b. 636 a corr. b, *appellatus est,* c. 637 a, b, c. 638 a. = AFH III, 295 a *exstit.* 298 a. 299 a, b, c. 302 c corr. 304 a corr. 305 a corr. 307 a corr., b corr. 309 a corr. 700 a corr. 702 a *per provinciam,* c. 703 c. d. 704 a. 705 b *omnia distributa* corr. (A idem habuerat sed corr. *distribuit*). 706 b *quod.* 707 b, d, e. 708 a. 709 a, b, c, d, e, f, g, omnia corr. 711 a corr. 712 e corr. 713 a et c corr. 714 c corr. 715 a, b, c, d, e, f, omnia corr. = AFH IV, 105, a, b, c, d omnia corr. 124 b et c corr. 125 a, 127 a et c corr., b *Frandia,* d. 131 a corr.; *fluxerunt* corr. *fulserunt* (quem errorem in genere non corr.). 133 a. 135 a et b corr. 318 a, b, c, omnia corr. 320 a *Duslaelopolim;* b *cum sanctis patr.* 321 b corr.; a *a ss. patribus;* d. 322 *fecit, fovit,* c. 323 a corr. *ipsam... ab omni labe conceptam.* 325 b corr. 326 a, c; b corr. 328 a corr. *prepeditum.* 329 a, b. 330 b. 332 a, b, c. 333 b, c *Virastellavia.* 334 b, d corr. *Ambiensi,* e. 336 b corr. c *Marsomia provincie,* d *Dulcl. civitas* corr. *civitatis.* 337 a corr., d. 338 a corr.

(2) Tunc scripserat « Castelle », sed statim oblitteravit.

(3) Certe non an. 1523 totum Compendium collegit, uti ex Codice Moreniano liquet; cf. p. 560 sq.; 339.

II.

INDEX

Abbreviationes: card. = Cardinalis; ep. = Episcopus; f. = filius, filia; fl. = floruit; gl. = Generalis; i. = iacet; m. = martyr; o. Pr. = Ordinis Praedicatorum; patr. = Patriarcha; pr. = Provincialis; prov. = Provinciae; r. = rex, regis; v. = Vicarius; *v. = vide; et. = etiam.*

In paginarum indicatione numeri centenarii et denarii non repetuntur.

PRIMUS ORDO.

Accursius de Florentia II 458.
» (S.) martyr II 96.
Adam Anglicus II 315.
» i. Catharae II 630.
» Ruffus II 101.
Ademarus de Felsinio II 633.
Adiutus (S.) martyr II 96.
Adulphus comes Holsatiae II 308.
Aegidius de Amelia (Delphini) gl. IV 334 5.
» (B.) de Assisio I 101 2, II 96 313 7.
» de Capociis II 457.
» de Florentia IV 328.
» soc. Pauli Trincii III 708.
» de Regno II 457.
» i. Strigonii II 468.
Agnellus de Alverna II 94.
Albertus de Calabria III 710.
» de Pisis gl. I 106, II 98 104.
» (B.) de Sartiano III 707 9 13 5, IV 122 3 7.
Aldobrandinus de Infangatis II 466.
Alexander V III 705 s.
» de Ales II 307 14 5.
» de Alexandria gl. II 635.
» de Alexandria IV 324.
» Ariosti IV 324.
» de Saxonia III 295.
» de Verona IV 328 570.
» de Villa Dei II 314.
Alexius de Signis (Zips) IV 319 33 6.
Alphonsus f. r. Aragoniae II 472.
» de Bonox IV 124.
Alvarus Pelagius III 299.
Alvernae mons II 93 4, III 713, IV 333; ecclesia II 316 s.
Amadeus (Meñez) IV 322 570.
Amatus de Ancona II 469.
Ambrosius de Marchia II 103.
» de Reale IV 334.
Anastasius de Mediolano IV 322.
Andreas Albanus III 301.
» (B.) de Anania II 472.
» i. Arimini III 701.
» de Atria II 106.
» (de Burgundia) II 458.
» de Colle IV 129.
» de Faventia IV 130 334.
» de Grosseto IV 333.
» (B.) de Hyspello II 457.
» de Plano II 470.
» de S. Gemino IV 134.
» Ungarus m. III 306.
Angelus (Agnellus) (S.) m. II 99.
» de Bibiena ep. III 308.
» de B. S. Sepulchri II 93.
» de Cingulo II 469 s.
» de Civitella v. pr. IV 134.
» (B.) de Clavasio IV 322 4 5 8 9 32 570 s.
» de Monte Leone II 106, III 702 s.
» de Perusia gl. IV 126 32.
» delle Pesche IV 137.
» (B.) de Pisis pr. I 106, II 96.
» de Rocha IV 128 34.
» Salviettus gl. III 709.
» Tancredi I 102 4 7.
» de Verbosa IV 333.
Antonius Andreas II 631 2.
» de Aretio III 711.
» de Arimino v. pr. III 711, IV 134.
» de Arzeno IV 129.
» de Avinione card. (?) III 708.
» de Ballocco IV 326.

Antonius de Bitonto III 710, IV 134 6.
» de Burgis II 468.
» de Cortona IV 328.
» de Cremona IV 129.
» de Duratio archiep. II 630.
» Farinerii IV 331.
» de Laude IV 134.
» de Leonissa v. pr. IV 131.
» de Luca II 632.
» de Marchia IV 326.
» de Massa gl. III 709 12.
» de Mediolano m. II 635.
» de Modoetia IV 327.
» de Montefalco v. gl. III 710, IV 133 5.
» de Monte Milone IV 338.
» de Nurcia II 458.
» (S.) Patavinus II 97s. 100s.
» de Pereto gl. ep. III 705 6 8 9.
» de Reate IV 128.
» de Ripa IV 131.
» de Ripatransone IV 334.
» de Rosato m. III 306.
» de Rusconibus gl. IV 122s. 4s.
» de Salamastro II 466.
» Sanctaremensis II 459.
» de S. Angelo IV 332.
» de S. Miniato III 703.
» de Saxonia m. III 306.
» Scozetus IV 321.
» de Segovia II 307.
» de Senis IV 132.
» (B.) de Stronconio IV 321.
» de Sulmone IV 131.
» de Tegrinis (Tegm.) III 701
» de Tricarico IV 130.
» de Tuderto IV 128.
» de Valentia II 632.
» de Vercellis IV 129.
Archangelus de Aquila IV 130.
» (B.) de Calataphimo (Alcamo) IV 130.
» de Campobasso, IV 131.
Arlottus de Prato gl. II 464 7.
Arnaldus de Sarnano pr. III 308.
Asson (i. Torgau) II 308.
Astesanus de Astis II 636.
» alter (Ascensius) II 637.
Augustinus de Assis. pr. I 104; II 95.
Aymon Anglicus gl. II 105 305.

Balthasar (Ravaschius) IV 129.
Baptista de Cagnano IV 131.
» de Florentia IV 131.
» Tagliacarne v. gl. III 711, IV 134 6 319 20.
» Teutonicus IV 130.
Barbarus (Bernardus) soc. S. Franc. I 102, IV 567.
Barnabas de Interamne IV 323.
Bartholomaeus de Aiano III 713 4.
» Aromatarius III 300.
» de Caimis IV 128 326.
» de Colle III 711.
» de Cucurno card. III 308.
» de Fabriano IV 336.
» de Fano IV 128.
» (Maeus) de Florentia IV 129.
» de Iano III 710.
» de Monte Politiano m. III 306.
» Pisanus III 703.
» (B.) Pucci II 471.
» de Senis pr. IV 134.
» de Tridento IV 129 328.
Befamius (Epiph.) Teutonicus IV 337.
Belongerius de Monte Acuto II 629.
Benedictus de Apulia m. III 306.
» de Aretio pr. I 106, II 95 6.
» de Camerino IV 128.
» de Gavoraccio IV 134.
» de Mugello II 458.
» prov. Pennae II 458.
» de Polonia II 306.
» prov. S. Antonii II 309.
» prov. Saxoniae II 309.
» de Senis II 632.
Bentevenga de Tuderto card. II 461 70.
Bentivolius (B.) de S. Severino II 101.
Benvenutus (B.) de Eugubio II 103.
» (B.) de Recineto II 469.
Berardus (S.) de Carbio m. II 96.
Berengarius Pisanus II 639.
Bernardinus de Aquila IV 334.
» de Bustis IV 324.
» (B.) de Feltria IV 325 32 570.
» Prati de Chierio gl. IV 338.
» de Precina IV 131 335.
» (S.) de Senis III 704 5 6s. 9 12 5, IV 122 3 6s. 322.
» de Senis IV 338.
» de Sonzino IV 327 s.
Bernardus Antiquus II 708.
» de Bessa II 463, IV 569.
» Bollega pr. II 630.
» de Capaccio IV 131.
» de Colle pr. II 471.
» de Luceria v. pr. IV 131 330.

Bernardus de Mandella IV 329.
» de Massa Marit. II 106.
» de Quintavalle I 101 2.
» (prov. S. Angeli) IV 137.
» de Scarlatis IV 333.
» Ungarus IV 133.
» de Viridante I 102.
Bertholdus de Ratisbona II 108.
Bertinus i. Famagustae IV 320.
Bertrandus Atgerii de Figiaco card. III 307 8.
» de Baiona II 313 4.
» Berengarii II 468.
» de Turre v. gl. card. II 636 7 9 40.
Bimeth de Valentia IV 320 30.
Blasius de Cento IV 137.
Bonacura (fl. Fabriani) II 318.
Bonafinis de Senis II 470.
Bonagratia de Bergamo II 639.
» a S. Ioanne in Persiceto gl. II 461 4 5.
Bonamicus de Volaterris II 106.
Bonaventura (S.) gl. et card. II 305 11 3 4 6 s. 8 459 60 s., III 714, IV 327.
Bonitius de Bononia II 94.
Bonromaeus de Bonromaeis II 471.
Bulla Eugeniana IV 124 32 4 6 338.
Bullati (fratres) IV 134.

Caesarius Spirensis pr. I. 106. II 98 104.
Capitula Generalia.
Ananiae II (105) 472.
Aquilae III 309 705.
Argentinae II 465, III 305.
Arimini III 704.
Assisii II 95 s. 7 8 9 100 3 318 465 471 627, III 296 303 5 703 4 13, IV 137 330 8.
Barchinonae II 635, III 303.
Bononiae II 305 639, III 713 4, IV 132 332.
Burgis IV 571.
Carpii IV 389.
Casali Montisferrati IV 328.
Caturci III 296.
Coloniae III 703.
Cremonae IV 338.
Ferrariae III 701 9, IV 323.
Florentiae III 305 702, IV 124 319.
Forilivii III 709.
Gaetae III 706.
Ianuae II 306 627, III 304.
Interamne IV 334.
Lugduni II 310 460 629 38, III 302, IV 339.
Mantuae III 708.
Massiliae II 637.
Mediolani II 467, IV 135 333.
Metis II 311.
Monachii III 704 5.
Montis Casalis III 712.
Montis Pessulani II 467, IV 123.
Narbonae II 317.
Neapoli II 635, III 306 s.
Paduae II 461 633, IV 122 701.
Parisiis II 318 471 640.
Perpiniani II 640.
Perusiae II 638, IV 132 318.
Pisis II 318 459.
Reate II 470.
Romae II 104 316 706, IV 126 36 326 35 7 8.
Strigonii III 701.
Tolosae II 630, III 307 714.
Trecis IV 335.
Venetiis III 301, IV 320.
Capitula Glia Cismontanorum.
Alvernae IV 328.
Aquilae IV 132 322 32.
Assisii IV 318 36 8.
Auximi IV 137.
Bononiae IV 134.
Ferrariae IV 327 37.
Insulae Bisentinae IV 320.
Mantuae IV 319 335.
Mediolani IV 134.
Neapoli IV 337.
Nemoris IV 124.
Papiae IV 324.
Perusiae IV 331.
Romae IV 123 36.
Urbini IV 334.
Capitula Glia Ultramontanorum.
Albiae IV 334.
(Assisii) IV 135.
Barchinonae IV 130 336.
Basileae IV 132 323.
Brugis IV 328.
Castri Rodulphi IV 324.
Florentiaci IV 331.
Fontiniaci IV 135.
Lavalis IV 335.
Mechliniae IV 318 33.
Montis Lucii IV 319 27.
Palenciae IV 320.
Rapistagni IV 327.
Rupellae IV 329.
Salmanticae IV 137.
S. Audomari IV 124.
Tolosae IV 329 32.
Caputii forma mutata II 640.
Carissimus de Clugia II 629.
Cathelanus m. II 638.
Cherubinus de Bergomo IV 131.
» de Spoleto IV 126 325 8.
Christophorus Crivellus IV 319.

Christophorus de Forolivii gl. card. IV 338 9.
» de Modoetia IV 127 570.
» de Papia IV 128.
» (B.) de Romandiola II 94 459.
» de Varisio IV 133.
Clarus de Florentia II 632.
Clemens (i. Alvernae) II 106.
» de Florentia IV 129.
Cola de Catanzaro IV 130 333.
Colinus pr. Argentinae II 306.
Colomanus prov. Sax. II 309.
Compagnus de Marchia II 469.
Conceptione (de) B. M. V. controversia IV 323.
Congregationes.
Amadei IV 322 570.
Capriolani IV 322.
Clareni IV 322.
Coletani IV 322 331.
Conradus (B.) de Asculo II 469.
» de Hallis m. III 306.
» (B.) de Ophyda II 628.
» prov. Sax. m. II 308 466.
» (prov. Saxoniae) II 398.
» Stogelem II 309.
Constitutiones Martinianae 713.
Conventus.
Amalech III 297.
de Aracoeli (Romae) II 310, IV 123.
Betlehem II 628.
Carcéris (Assisii) III 303.
Cetonae III 712.
Eremitae III 303.
Faesularum III 703.
Iani III 303.
Montis Luci III 303.
Montisplani (Noctriae) III 709.
Montis Sion II 628.
de Mugello III 712.
Parisiensis I 106.
Pisquiae (Bruliani) II 641, III 303 5.
S. Crucis apud Pisas III 712.
S. Damiani Assisii II 317.
S. Galli (Florentiae) I 102, IV 568.
S. Mariae de Angelis Assis. I 102, III 706, IV 123.
Sergiani III 712.
Crescentius de Aesio gl. II 306 10.
Crescilbene (fl. Fabriani) II 318.
Custodia prima Franciae I 106.

Damianus i. apud Cremonam IV 129.
» (fl. Fabriani) II 318.
» de Ioha IV, 337.
» de Padua IV 133.
» de Ripis IV 131.
Daniel de Bergomo IV 320.
» (S.) pr. m. II 95 9.
David de Augusta II 308.
Demetrius Albanus IV 334.
» Georgianus II 637 s.
Didacus (S.) de S. Nicholao IV 137.
Divisio Provinciarum II 105.
Dominicus de Barta pr. III 298.
» de Campis IV 326.
» Castilionus IV 137.
» de Leonissa IV 333.
» i. Pennae II 107.
» de Ponzono IV 325.
Donatus de Ferraria II 458.
» de Ruticinio m. III 703.
» de Urbino IV 333.
Donnulus (S.) martyr II 99.
Drodus (i. Viennae) II 468.
Durandus (Campanus) III 279.

Ecclesia S. Francisci Assisii II 100 2.
» S. Georgii Assis. II 100 312 7.
Electus i. in Aracoeli II 628.
» i. Assisio II 628.
» i. Cenomannis II 468.
» i. Diae II 468.
» guardianus (Sax.) II 309.
» (i. Kilone) II 308.
» martyr II 99.
» i. Messinae III 300.
» (i. Narbonae) II 468.
» (i. Nussiae) II 308.
» procurator (Sax.) II 309.
» (prov. Saxoniae) II 308.
Elias de Cortona gl. I 105 s., II 95 6 7 100 3 4 7 311.
Erthfridus prov. Saxoniae II 308.
Eustachius de Curia IV 331.
Evangelista de Perusia v. gl. IV 325 31 2.

Faustinus de Chiaris IV 320.
Fidentius prov. S. Ant. II 309.
Fortanerius Vassalli gl. card. III 294 304.
Franciscus de Abbate III 300.
» de Alexandria m. III 297.
» de Angelis gl. IV 569.
» de Aprutio II 630.
» de Aqua Putrida III 300.
» Aragonensis IV 325 31.
» de Aregatiis ep. III 714.
» de Asculo II 640, III 295, IV 569.
» (S.) Assisiensis trium Ord. Fundator I 90-107, II 92-103 305, IV 323.

Franciscus Baiuli III 362.
» Bartholi III 296.
» Blonde v. gl. IV 320 1.
» (B.) de Calderola IV 336.
» de Campobasso IV 324.
» de Castro Durante IV 332.
» de Castro Milo IV 319.
» Cathalanus II 628.
» de Clusio III 713.
» de Copino IV 330.
» Cremonensis ep. III 703.
» m. Damiatae III 306.
» de Duratio IV 130.
» de Empoli III 309.
» (B.) de Fabriano II 318 638.
» de Fabriano III 702.
» de Fabrica III 295.
» de Firmo m. II 635.
» de Florentia IV 128.
» Francigena IV 329.
» de Laude IV 332.
» Lichetus m. gl. IV 339.
» de Maleficiis II 471.
» de Marchia III 296.
» Mayronis II 631 6 7.
» de Papia IV 133.
» de Placentia IV 129.
» de Plataea III 711.
» Poverellus II 629.
» Rubeus de Pignano II 632, III 296; cf. Fr. de Asculo.
» Sagar IV 327 32.
» Samson gl. IV 323 6 7 8 9 30 2 3 4.
» de S. Columbano IV 337.
» de S. Severino IV 137.
» de Savona gl. (Sixtus IV) IV 318 9 20 1 2 3 7 34.
» de Sonzino IV 129.
» de Spoleto III 710.
» Terrae Labor. m. III 304.
» Trantius IV 325.
» de Trevio III 710.
» (V.) Ximenez IV 335 8.
» Zenus v. gl. IV 325 35 7.
Fraticelli de Opinione III 303 7 712.
Fredebaldus prov. Sax. II 309.

Gabriel (B.) Ferretti IV 135.
» de Iesse IV 329.
» Maria v. gl. IV 336.
» de Mediolano IV 338.
» de Spoleto IV 128.
» de Verona v. pr. card. IV 133 328.
» de Volaterris pr. III 309.
Gallus i. Strigonii II 467.
Gandulphus (B.) i. Politii II 629.
Gaspar de Barga IV 330.
» de Florentia IV 324.
» de Urbino IV 129.
Gentilis (B.) de Matelica m. III 296.
» de Monte Florum card. II 626 s. 30.
» de Spoleto III 302 s.
Georgius Albanus III 714.
» de Ergaglo IV 333.
Gerardus prov. Boemiae II 309.
» Burgundus III 294.
» de Florentia IV 335 571.
» i. Gaetae III 300.
» prov. Ianuae II 629.
» de Mutina II 310 629.
» Oddonis gl. archiep. II 640 1, III 294 6.
» prov. S. Antonii II 309.
» (B.) de Valentia III 300.
Gilbertus de Turnaco II 315.
Gometius IV 338.
Gonsalvus Sanecii III 304.
» de Vallebona gl. II 627 30 1 3 4.
Gorgonius (prov. S. Angeli) IV 137.
Gratia Arnaldi II 641.
» (fl. Fabriani) II 318.
Gratianus de Romandiola pr. II 97 s. 107 458.
Gregorius de Baldico II 459.
» Graecus IV 330.
» de Iadera m. III 306.
» de Tragurio m. III 306.
Griffon de Flandria IV 127.
Gualterus de Brugis pr. ep. II 462 630 1.
» Cepton II 315 631.
» (B.) Italicus II 306.
Guido comes Montis Feltri IV 122.
» da Solvena II 470.
» de Spatis II 628.
Guidus socius B. Aegidii II 458.
» Bonatus (de Florentia) II 464, IV 569.
» (B.) de Cortona I 105, IV 567.
» de Senis II 457, IV 568.
Guillelmus A(l)brici IV 124 331.
» Almovich II 315.
» de Anglia m. II 641.
» de Anglia soc. S. Franc. II 92 103.
» i. Anrioniaci II 468.
» de Astis pr. III 701.
» de Bertho IV 324.
» de Casali gl. III 712 s. 45, IV 122.
» Campanus m. III 305.
» de Castro Maris m. III 305.

Guillelmus de Cordella II 106.
» de Cortemilio II 309.
» de Falgario pr. ep. II 463 s. 7.
» Farinerii gl. card. III 294 301 2 3 4.
» de Mara II 464.
» de Militona II 315.
» Occam II 636, IV 569.
» de Placentia II 629.
» de Podio Castri Novi III 295.
» de Prato ep. III 307.
» de Radicofano II 458.
» i. in S. Affricano III 294.
» de Sproncata IV 326.
» i. Tuderti II 628.
» Varilongus IV 318 9.
» Varro II 463.
» (i. Viennae) II 468.

Hangerus de Saxonia II 308.
Henricus de Africa II 308.
» Alfieri de Astis gl. III 702 3 4.
» de Buda (Huda) III 299.
» de Monte Iardino III 300.
» Munzendor II 309.
» Teutonicus II 468.
» de Thalem II 639.
Herculanus (B.) de Plagario III 711, IV 131.
Hereneus III 299.
Hermannus de Fulginio II 101.
» de Gerstadem II 467.
Herveus (Horfeus) i. Toleti II 307.
Hieronymus de Asculo gl. II 318 460 1 2 4 s 8; *et* Nicolaus IV.
» de Callio IV 335.
» de Florentia IV 136.
» de Stufa III 711, IV 569 s.
» Torniellus v. gl. IV 325 7 32 4 6.
Horfeus *v.* Herveus.
Hudo prov. Argentinae II 308.
Hugo de Digna II 463 5.
» de Novo Castro II 632.
» Pantiera de Prato II 634.
Hugolinus (fl. Fabriani) II 318.
» (S.) martyr II 99.
Humilis de Perusia I 105.
» (i. Suffiani) II 101.
Hungarellus de Padua IV 339.

Iacobus de Anania card. II 472.
» de Asculo II 464, III 295.
» de Assisio I 105.
» de Auximo II 469.
Iacobus Bartolanus de Volaterris II 458.
» Berincus de Lauda III 300.
» de Brixia IV 137.
» i. Castelli II 628.
» de Civitate Nova II 101.
» de Coronis III 708.
» de Cortona IV 328.
» de Donzello III 711.
» (fl. Fabriani) II 318.
» de Faesulis IV 333.
» de Florentia archiep. et m. III 305.
» de Gallio IV 128.
» de Grisanto II 632.
» Grumellus IV 326.
» de Lauda III 300.
» f. r. Maioricarum II 472.
» (S.) de Marchia III 302 707 9 12 3, IV 123 6 34 7 318 24.
» de Mediolano III 714.
» de Mozanica gl. IV 132 4 5.
» de Padua m. II 637 s.
» de Papia IV 330.
» de Primaditiis v. gl. III 709 13, IV 123 4.
» de S. Salvatore IV 129.
» de Scanzano IV 128.
» Sclavus IV 130.
» de Spinello III 309.
» de Tervisio cust. II 309.
» de Tuderto II 628.
» de Tundo III 296.
» Turriti II 471.
Iacoponus *v.* Iacobus de Tuderto.
Illuminatus de Reate I 104.
Indulgentia Portiunculae II 95 315.
Innocentius de S. Angelo IV 130.
Institutio Provinciarum II 95.
Iohannes (B.) de Alvernia II 634 8.
» de Aragonia IV 130.
» r. Armeniae II 634.
» laicus i. Astoricae II 307.
» presb. i. Astoricae II 307.
» de Auricalco II 629.
» de Avellino II 457.
» Baptista de S. Iohanne IV 131.
» Barontii II 629.
» soc. B. Aegidii II 458.
» de Belna II 638.
» de Berwick (Borroe) III 299.
» Bonellus pr. I 102, II 95.
» Bonisius IV 321.
» de Bucho gl. III 295 301 3 4.
» pr. Budae *v.* Iohan. pr. Ungariae

Iohannes Bura III 300.
» de Calabria m. IV 327.
» de Cambia II 632.
» de Camplo IV 336.
» Canonicus II 631.
» (S.) de Capistrano III 706 7 9 12 3 5, IV 123 4 6 7 31 2 4 5.
» de Cappella I 101, II 92.
» cust. i. Caravillae II 468.
» de Castro Vinoto IV 130.
» de Caulibus III 309.
» Constantinopolitanus imper. I 106, II 306 12.
» a S. Constantio I 102.
» de Conversano IV 130.
» de Corduba IV 331.
» Croin v. gl. IV 323 8 9.
» (B.) de Dukla IV 320 36.
» Duns Scotus II 463 631.
» Erfodiensis III 300.
» Galteri IV 124 331.
» Gervasii III 300.
» Grandonus II 631, IV 569.
» de Herdudor IV 335.
» de Laudibus I 105.
» Lombardus IV 329.
» Macrifortis v. gl. IV 318.
» (de Marignollis) III 297.
» de Mauberto v. gl. IV 123 4.
» de Mercatello III 714.
» de Mirabello III 295.
» Moginus v. gl. IV 136.
» de Monte Casale II 632, III 300.
» de Monte Ilcino v. pr. IV 131.
» de Monte S. Mariae II 469.
» de Misna IV 319 36.
» de Murro gl. card. II 467 72 627 35.
» de Neapoli m. III 306.
» de Noto III 300.
» Occam II 631, III 299.
» de Otteo m. III 306.
» Parens gl. I 106, II 95 100 2 3.
» (B.) de Parma gl. II 310 1 2 3 6 8 468 s.
» Pecham archiep. II 462.
» (B.) de Penna pr. II 95 459.
» Perrinus IV 331.
» de Perusia IV 128.
» Philippi v. gl. IV 309 23 7.
» de Pirna II 308.
» de Plano Carpino II 306.
» de Ponte IV 331.
» de Prato III 711, IV 134.
» Quiesdeber v. gl. IV 132 5.
Iohannes Riccius v. pr. IV 134.
» de Ripatransone III 308.
» Rubeus de Cremona IV 129.
» Runs IV 330.
» de Rupella II 314.
» de S. Iuliano IV 331.
» de Sarsuella gl. IV 136.
» prov. Saxoniae II 308.
» (prov. Sax.) II 309.
» de Saxonia III 299.
» de Scopeto III 300.
» Scorps II 631.
» de Sigestro v. gl. IV 329.
» Silvestris IV 335.
» i. Siracusis II 629.
» de Steincal II 306, IV 568.
» de Stronconio III 702 5 6 8 s.
» (Terrae Laboris) III 301.
» Tilleri IV 124 331.
» Tisserandi IV 332.
» de Traculia IV 129.
» i. Ulissipone II 307.
» pr. Ungariae II 467.
» (B.) m. Valentiae II 101.
» Vallensis Anglicus II 462.
» de Vallibus II 641, III 302.
» de Valterreno IV 132.
» de Vatfordia II 309.
» Veranus IV 134.
» de Vercellis IV 334.
» de Volaterris IV 128.
» de Vuaberth II 309, IV 568.
Iohanninus de Cortona IV 129.
Iordanus de Eugubio II 628.
» a Iano II 98 309.
Ioseph de Eugubio IV 128.
» soc. S. Franc. I 102.
Iulianus de Fabriano IV 334.
» de Spira II 463.
» Teutonicus IV 382, IV 568.
» (B.) de Valle (Istriae) II 630.
» Verrocchius IV 122.
Iuniperus soc. S. Franc. I 104, II 101.
Ivo Fabbri pr. II 464.

Ladislaus (B.) de Gielnow IV 336.
Landulphus de Neapoli archiep. III 295.
» v. Ludolfus.
Landus pr. Apuliae II 629.
» prov. Apuliae II 629.
» Ungarus m. III 306.
Laurentius de Alexandria m. III 297.
Lanzilaus (fl. Scarlini) III 423.
» de Bagnacavallo IV 330.
» Iusti IV 321.

Lanzilaus de Panormo IV 135.
» de S. Martino IV 130.
Legenda 3 sociorum I 104.
Leo de Lauda ep. II 629.
Leo (S.) martyr II 99.
» de Perego ep. II 105.
» de Petra Bruni IV 327.
» soc. S. Franc. I 103 s.; eius scripta I 104.
Leonardus de Fulginio II 106.
» de Gifono (Gigofono) gl. card. III 307 8 700.
» de Monte Politiano III 300 701.
» soc. S. Franc. II 104.
Liberatus de Aquila IV 337.
» (B.) a Lauro (Loro) II 101.
Livinus de Francia m. III 301.
Lucas de Asculo IV 128.
» (Belludi) soc. S. Antonii II 309.
» Caracciolus de Licio IV 128.
Lucianus de Liparo IV 333.
Lucidus de Marchia II 101.
Ludolfus (Landulphus) prov. Saxon. II 308.
Ludovicus Alidosius IV 126.
» Aquilanus IV 130.
» de Bononia III 713, IV 133.
» de Castilione Aretino II 637.
» de Hilsberg IV 326.
» de Placentia v. pr. IV 327.
» de Regio IV 328.
» i. Senis v. pr. IV 319.
» Teutonicus IV 128.
» (S.) ep. Tolosanus II 472 626 37, III 715.
» de Turre v. gl. IV 324 33.
» de Venetiis gl. card. III 308 700 1 2.
» de Vicetia v. gl. IV 134 7.
Lupus latro *v.* Agnellus.
» de Sanlazar IV 124.

Maeus de Florentia *v.* Bartholom.
Malcoaldus de S. Miniato III 703.
Manens v. Orientis III 298.
Manfredus de Derthona III 300.
» de Vercellis III 707 9 12.
Mansuetus prov. Pennensis II 459.
Marcoaldus prov. Boemiae II 309.
Marcus prov. S. Antonii II 309.
» de Bergomo III 307 706.
» (B.) Fantutius de Bononia v. gl. III 710, IV 132 4 320 4.
Marcus (B.) de S. Maria de Monte Gallo IV 325 32.
» de Traonca IV 333.
» Vigerius de Savona card. IV 334 s.
» de Viterbio gl. card. III 304 5.
Marianus de Luco IV 332.
Martialis Boulier v. gl. IV 334 6 7.
Martinus de Alid m. III 297.
» de Aquila IV 130.
» i. Burgis (Castiliae) II 633.
» i. Fulginii III 301 700.
» prov. Marchiae II 107.
» de S. Georgio gl. III 308 701 2.
» i. Ulissipone II 307.
Martyres in Ceretho III 700; Damasci III 306; Montis Sion III 305; a Nestorianis necati III 305; in Terra Sancta II 466; Vilnae (Verbiae) III 306.
Massaeus Marignanus 104 7.
» olim plebanus II 469.
Matthaeus (B.) de Agrigento ep. III 710, IV 130.
» de Aquasparta gl. card. II 464 70.
» de Castiglione Aretino II 466.
» de Faventia i. Bononiae III 301.
» de Faventia i. Sulmone IV 129.
» de Narnio II 107.
» de Nigroponte II 630.
Mauritius de Argegnano II 318 469.
Maximus (fl. Fabriani) II 318.
Melchior de Cortona IV 329.
Melioratus prov. Pennae II 459.
Michael Albanus III 301.
» de Albertis (de Florentia) I 106, II 106.
» de Aquis IV 320 5.
» de Barga IV 326.
» de Burgundia II 468.
» de Caesena gl. II 635 7 8 9 s.
» de Carcano IV 127.
» Magothi III 294.
» de Massa IV 321.
Monachi S. Hilarionis II 94.
Monaldus de Ancona m. II 635.
» soc. S. Franc. I 102.
» auctor Summae II 630.
Moricus soc. S. Franc. I 101.

Nicolaus IV II 464 s. 8 70 1.
» Amantis IV 124 331.
» apostata II 465 s.
» de Assisio III 700.

Nicolaus de Auximo III 705 11.
» Bonatus III 297.
» de Bononia II 309.
» de Fara v. pr. IV 133.
» de Firmo IV 129.
» prov. Hiberniae II 309.
» de Lyra III 302.
» de Macerata IV 128.
» de Marchia m. III 306.
» (S.) martyr II 99.
» de Monte Corvino m. III 304.
» Mutius III 309.
» de Niise IV 331.
» (i. Nussiae) II 308.
» Passer IV 320.
» de Pater Noster III 301.
» de Silvanis II 470.
» (B.) de Tavileis m. III 703.
» Ungarus m. III 306.
» de Uzano III 705.
Nocsellus m. *v.* Voyslaus.

Observantiae initium II 641, III 305 7 706.
Oddo Rigaldi (Ugaldi) archiep. II 315 460.
Odoricus (B.) de Foroiulii II 640.
Oliverius Maillardi v. gl. IV 329 31 3 571.
Onuphrius de Seggiano IV 128 32.
Otho de Halberstadio II 101.
» (S.) martyr Marocchii II 96.
» de Pola II 107.

Pacificus (B.) de Ceredano v. gl. IV 127 328.
» rex versuum pr. II 92 s. 5, (IV 126).
» de Roma III 710.
» (i. Suffiani) II 101.
» de Teramis IV 131.
Paschalis Hispanus m. III 297.
» de Ichitellis IV 131.
Pastor de Sarriscuderio de Provincia card. III 299 302.
Paulus de Arquata (Aquasparta) II 458 628.
» de Assisio laic. IV 128.
» de Assisio presb. III 710.
» de Brixia IV 130 324.
» de Levan(to) IV 131.
» de Luca IV 325.
» prov. Marchiae II 107.
» de Prato II 106.
» de Sicilia IV 332.
» de Sinopoli IV 130.
» de Sonzino gl. IV 339 571.
» Trincius III 305 7 701 2 8.
Pax de Reate II 458.
Pelbartus de Temesvar IV 325.
Peregrinus (B.) de Falerono II 93.
Pericleodus prov. Sax. II 309.
Perurgens prov. Sax. II 309.
Petrus de Acciaiolis III 296.
» de Alterula IV 131.
» de Aquila (Scotellus) III 295.
» de Aragonia III 304.
» de Archagnano II 629.
» Aureoli II 636.
» de Brabantia II 308.
» de Brieta IV 327.
» pr. Calabriae II 629.
» Cambon IV 331.
» de Camerino III 714.
» de Candia *v.* Alexander V.
» Capriolus IV 128 322.
» de Cassano ep. II 630.
» de Cassano gl. III 308 701.
» Castilianus IV 322.
» Casuel II 631.
» Cathani v. Ord. I 101, II 92 7.
» de Corbaria (Nicolaus V antipapa) II 638 9.
» de Fabriano III 708.
» de Florentia IV 327.
» de Galliculo II 104.
» Hispanus laicus IV 131 330.
» de Insula III 295.
» Iohannes Staccia pr. II 95.
» Iohannis Olivi II 461 s. 625.
» (B.) de Molleano IV 329.
» de Monte Ulmi II 107.
» de Montibus Occae pr. IV 337.
» (B.) de Monticulo II 469.
» de Narbona m. III 703.
» de Neapoli v. gl. IV 323 4 7.
» de Nigroponte II 630.
» Paschalis m. II 638.
» de Penna III 708.
» de Perusia IV 128.
» de Podio II 457.
» de Populis IV 131.
» f. r. Portugalliae IV 126.
» comes de Pratis II 472.
» de Proventia m. III 297.
» Purus III 708.
» de Reate IV 128.
» (S.) Regalatus IV 124.
» Riarius de Savona card. IV 321 2.
» (S.) de S. Geminiano m. II 96.
» de Sanctoio IV 124.
» de S. Severino IV 128.
» de Saxonia III 299.
» de Senis m. II 637 s.
» de Stella II 459.
» Thomae III 295.
» de Toria (Budae) II 467.

Petrus de Trano II 107.
» de Travanda IV 330.
» (B.) m. Valentiae II 101.
Philippus ab Aqueriis (Alaqu.) III 306.
» Aquilanus IV 135.
» de Asculo IV 136.
» de Balneocaballo gl. IV 337.
» (Philippinus) de Castilia II 97 470, IV 569.
» de Duratio II 629.
» de Florentia II 637.
» Longus I 101.
» de Mallorca II 472.
» de Monte Calerio III 309.
» de Tuderto III 708.
Placitus apparuit II 458.
Polydorus Romanus IV 132.
Pontius Carbonellus II 626.
Provincia Alamaniae II 95 8.
» Angliae II 96.
» Franciae II 95.
» Graeciae II 96.
» Hispaniae II 95.
» Proventiae II 95.
» S. Petri Montis Aurei IV 570.

Raphael Teutonicus IV 129.
» de Varisio IV 326.
Raymundus de Alexandria m. III 297.
» Gaufredi gl. II 470 1s.
Raynaldus de Cotignola gl. IV 335 7.
» fl. Fabriani II 318.
» de Reate II 106.
» de Ursaria IV 131.
Raynerius (B.) de Aretio II 627.
» de Fabriano II 94 318.
Regula Fratrum Min. I 103, II 94s. 8s.
Riccerius (B.) de Muccia II 93s.
Richardus de Aureliaco III 294.
» Burgundus ep. m. III 297.
» i. Calataierone III 300.
» ep. Forisempronii II 105.
» de Mediavilla II 462.
Robertus Caracciolus IV 125.
» Clephat II 315.
» f. Guidonis de Battifolle II 635.
» de Rodio IV 137.
Rodericus Robicii III 700.
Rodulphus de Anglia ep. II 102.
» de Bribraco III 299.
» Ebifach (Halifas) II 102.
» i. Redonis II 468.
» Rodiptori II 102.
Rogerius Bacon II 461.
Rogerius Canoch III 299.
» de Proventia II 468.
» (B.) de Tuderto II 103.
Rolandinus de Florentia II 106.
Rolandus prov. Coloniae IV 332.
Romulus *v.* Donnulus.
Rufinus Cifi soc. S. Franc. I 104.
» de Ferezano IV 137. 570.

Sabatinus socius S. Franc. I 101.
Samuel (S.) martyr II 99.
Sanctes (B.) de Fabriano IV 128.
» de Scotoneto II 469.
Sanguine (de) Christi quaestio III 302, IV 137, 318.
Savinus de Campello IV 128.
Segrianus Hispanus II 104.
Sensus i. in Monte Iovis II 457.
Seraphinus Castillioneus IV 127.
» de Gaeta III 710.
» de Mantua IV 328.
» Martinellus IV 129.
Servasius Tuscus III 309.
Severinus i. Urbe Veteri II 104.
Sigismundus prov. Apuliae II 106.
Silvester de Assisio I 102 5.
» de Radicondolo III 711.
Simon i. Anconae II 469.
» de Assisio I 105, IV 567.
» Aymonis III 300.
» de Camporegali II 457s.
» de Collazone I 105, II 103.
» i. Gaetae III 301.
» (B.) de Lypnica IV 320 36.
» de Regio IV 327.
» (prov. Saxoniae) II 309.
» de Torciano II 457.
» pr. Turoniae II 468.
Sixtus IV III 302 22s.
» de Mediolano IV 328.
Soldanerius II 106.
Stephanus de Boemia II 306.
» Brulifer IV 331.
» de Civ. Castellana III 128.
» de Harodin m. II 641.
» (B.) (de Narbona) m. II 305.
» soc. S. Franc. I 104.
» de Tauro II 459.
» de Ungaria m. II 466.

Tertericus (Terentius) pr. Argentin. II 308.
Theobaldus de Assisio I 105.
» de Spoleto II 458.
Theodoricus i. Andernaci II 308.
» Auriga v. gl. IV 130 6.
» Saxo II 309.
Thomas de Eugubio II 457.
» (fl. Fabriani) II 318.

Thomas de Ferignano gl. card. III 305 6 s. 8 700.
» (B.) de Florentia IV 123 4.
» de Fulginio m. III 306.
» de Hibernia II 458.
» de Luca IV 333.
» (Masius) i. Aquilae IV 136.
» (Palmeranus) de Hibernia II. 463.
» Teutonicus IV 319.
» de Tocco IV 332.
» de Tolentino m. II 637 s.
Tientalbene (prov. S. Francisci) II 101.
Timotheus (B.) de Aquila (de Monticulo) IV 335.
» de Luca IV 337 8.
Tobias prov. Romae II 458.

Ubertinus de S. Cassiano II 635.
Ulricus de Alchiniucz m. III 297.

Valentinus de Narnio III 700.
Ventura i. Perusiae III 701.
Vicaria Aquilonis II 465 s.
» Bosnae III 296.
Vincentius (B.) de Aquila IV 335.
» de Comite IV 127.
» de Orba IV 333.
Vitalis de Albania IV 131.
» de Furno card. II 634.
» missus in Marochium II 96.
Vitus de Cortona I 106.
Voyslaus (Vocsellus) m. II 308 466.

Zacharias romanus II 92.
Zanetus de Utino IV 320 3.
Zanzalinus (fl. Fabriani) II 318.
Zegerius Duclair de Dixmuda v. gl. IV 137.

SECUNDUS ORDO.

Agnes (S.) Assisiens. I 106 s., II 317.
» (B.) Pragensis I 106 s.
Amata neptis S. Clarae I 106.
Antonia (B.) de Florentia IV 322.

Balbina I 106.
Bartholomaea (Maea) de Senis II 470.
Beatrix soror S. Clarae I 106.
Blanca Philippi IV f. II 634.
Bonaventura de Antrodoco IV 322.

Catharina (S.) Vigri IV 137.
Clara (S.) I 104 6, II 311 s. 3.
» de Ubaldinis II 317.
Clarissae martyres in Achon II 471.
Clarissarum Ordo I 106.
Coleta (S.) a Corbia IV 125 322.
Constantia de Donatis II 317.
» Friderici II neptis II 467.

Elias de Pulcis II 637.
Eleonora regina Portugalliae III 298.
Eustochium (B.) Messinensis IV 329.

Felix (B.) Meda IV 121.
» de Perusia IV 125.
Filiae duae Petri II Sicil. III 298.
Francisca (fl. Assisii) IV 125.
» de Fano IV 123.

Helena (B.) de Padua II 105.
Hortulana mater S. Clarae I 100.

Iacoba de Aquila IV 322.
Iohanna (abbatissa) II 317.
Iohanna soror r. Navarrae III 298.

Luca neptis S. Clarae II 317.
Lucia de Padua II 105.
Ludovica de Aquila IV 322.
» (B.) Sabauda IV 125.

Magdalena de Pisauro IV 123.
Margarita Columna II 467.
» comitissa de Marsio IV 125.
» de Sulmone IV 125.
Monasteria.
Aretii IV 125.
Burgi S. Sepulchri IV 125.
S. Clarae Assisii II 317.
SS. Cosmae et D. Romae IV 125.
S. Damiani Ass. I 106, II 317.
Eugubii IV 125.
Montis Lucii IV 125.
de Monticellis I 107, II 317.
Montisfalconis IV 125.
Narnii IV 125.
Pragae I 107.
Urbini IV 125.

Paula de Fulginio IV 322.
Philippa de Medicis IV 329.

Sancia Roberti I uxor II 635 7, III 298.
Seraphina (B.) Columnensis (Sfortia) IV 327.
» Romana IV 336 570.

Theodora Romana IV 125.

TERTIUS ORDO.

Adriana soc. S. Margaritae Cort. II 626.
Agnes f. r. Franciae IV 126.
Alexander Vencioli ep. II 105.
Alphonsus XI r. Castiliae III 302.
» IV Portugalliae III 298.
» I r. Siciliae IV 122.
Angela (B.) de Fulginio II 633.
Angelina (B.) de Marsciano III 708.
Antiquus comes de Navarra IV 126.
Antimus de Urbino III 714, IV 570.

Bartholomaeus de Romandiola Rom. Curiae advocatus II 98.
Bartholus i. S. Geminiani II 627.
Beatrix de Rusconibus IV 330.
Bela IV r. Hungariae II 457.
Benvenuta fl. Anconae II 465.
Birgitta (S.) de Suecia III 307 702.
Blanca regina Cathaloniae III 298.
» mater S. Ludovici r. II 100 311 2.
Bona uxor B. Lucchesii II 98 105.
Brunus II 98.

Carolus dux Flandriae IV 126 570.
» IV imperator III 700.
» Montis Granelli II 704.
Catharina regina Bosnae IV 326.
» ducissa Mediolani III 704.
Christina (B.) Vallis Arni II 633.
Christophorus Moro Venetorum dux III 126.

Dantes Alighieri I 104.
Delphina (S.) uxor S. Elzearii III 304.
Ducissa Urbini IV 326.
Dulcelina i. Massiliae II 165.

Elisabeth imperatrix III 700.
» (S.) Thuring. II 99 s. 102.
» regina Ungariae III 298.
Elzearius (S.) II 637, III 306.

Ferdinandus III (S.) r. Castiliae II 311.
Fernandus I r. Portugalliae III 298.
Francisca de Eugubio III 304.
Franciscus dux Britaniae IV 326.
» (B.) de Pisauro III 302.
Fridericus II rex Siciliae III 298.

Gerardus (B.) (de Villamagna) II 461.
Gilia soc. S. Margar. Cort. II 626.
Gualterus Marsus III 704.
Guidoaldus dux Urbini IV 336.

Henricus III r. Castiliae III 705.
» f. r. Norvegiae III 708.
Humiliana (B.) de Cerchis II 106 310.

Iacoba de Septemsolis II 92 8, IV 568.
Iacobus r. Aragoniae II 104 472 635, III 304.
» de Borbonio IV 126.
» (B.) de Castro Plebis m. II 627.
» (Oldus) de Lauda II 105.
» comes Silici IV 126.
Iohanna imper. Graeciae III 298.
» (B.) de S. Maria in Balneo III 304.
» (B.) de Signa III 304.
Iohannellus i. Cortonae II 626.
Iohannes de Callio III 714.
» de Grecio II 98.
» de India m. III 297.
» (B.) de Massaccio III 704.
» frater r. Navarrae III 298.
» de Ravenna II 106.
» de Urbino III 714.
Ivo (S.) II 627.

Laudonus de Montefeltro II 105 s.
Lucchesius (B.) II 98 105.
Lucia de Venetiis III 304.
Ludovicus (S.) rex Franciae II 100 310 2 s. 457 9 626.
» de Lebreto card. IV 319 570.
» de Montefeltro *v.* Laudonus de Montef.
» r. Ungariae III 298 305 701.

Maea *v.* Bartholomaea de Senis.
Margarita soror r. Angliae IV 126.
» ducissa Britaniae IV 326.
» (S.) de Cortona II 626.
» i. in Montefalco II 633.
Maria Alphonsi V uxor IV 126.
» regina Aragoniae III 298.
» f. r. Portugalliae IV 126.
» f. r. Ungariae IV 126.
Martolensus II 98.
Matthaeus de Ursinis II 98, IV 568.
Michelina (B.) de Pisauro III 303.

Monasteria.

S. Agnetis Viterbii III 708.

S. Annae Fulginii III 708.
S. Antonii Perusiae III 708.
S. Clarae Reate III 708.
S. Elisabeth Aquilae III 708.
S. Margaritae Asculi III 708.
S. Mariae Anconae III 708.
S. Onuphrii Asculi III 708.
S. Quirici Assisii III 708.

Nicolauccius de Senis II 470, IV 569.
Nicolaus f. r. Castiliae IV 126.

Paschalina i. Fulginii II 633.
Pelingottus i. Urbini II 627.
Petrus de Colle II 98 105.
» dux Flandriae (Franciae) IV 126 570.
» Hispanus eremita III 708.
» (B.) Pectinarius II 470.
» I r. Portugalliae III 298.
» Romanus III 304.
» comes de Ungaria IV 126.
Petrus de Urbino III 714.
Poenitentiae Ordo I 107, II 96 s. 8.
Primogenitus r. Castiliae III 298.

Robertus de Malatestis III 713.
» I r. Siciliae II 472 628 35 7, III 297.
Rosa (S.) de Viterbio II 317.
Rostagnus scutifer i. Aquis II 465.

Sancius IV r. Castiliae II 461 71.
Stuppa soc. Thomasucii III 704.

Thomasucius de Noceria III 704.
Tobia de Senis III 704.
Torellus de Puppio eremita II 465.

Vicedominus Placentinus card. II 459.
Viridiana (B.) de Castro Florentino II 305.
Vivaldus (B.) de S. Geminiano II 627.

AD ORDINES FRANCISCALES NON SPECTANTIA.

Abbas S. Ambrosii de Mediolano IV 135.
Aegidius (Albornoz) card. III 303.
» patr. Graden. o. Pr. II 630 s.
Albertus Magnus o. Pr. II 313.
Alexander IV II 313 5 6 s. 462; *v. et.* Raynaldus card.
Andreas abbas S. Antonii III 715.
» II r. Ungariae II 102.

Balduinus imperator II 318.
Bana princeps Bosnae III 296.
Baptista o. Pr. IV 137.
Benedictus XII II 641, III 297 8.
» XIII III 705.
Berengarius Fredoli card. II 633.
Bernardus de Monte Faventio card. II 637.
Bertrandus (de Poietto) card. II 639.
Bonifacius VIII II 472 626 s.
» IX III 702.

Callistus III IV 133 570.
Carolus IV r. Franciae III 715.
» Robertus Ungar. III 298.
» II r. Siciliae II 470 2 632.
Clemens IV II 318.
» V II 628 30 3 4.
» VI III 302.
» VII III 308 700.
Concilium Basileense III 715.
» Constantiense III 706.
Concilium Florentinum III 714 s.
» Lugdunense 1^m II 306; 2^m II 318 460.
» Viennense II 633.
Cosmas de Medicis IV 124.

Didacus de Valera II 311.
Dominicus (S.) II 95.

Eremitae S. Augustini II 316 460.
Eugenius IV III 713 5, IV 122 3 s.

Franciscus (S.) a Paula IV 322 570.
Fridericus II imperator II 103 5 7.

Gotfridus de Fontibus III 295.
Gregorius IX II 99 100 1 2 3 4 5 7; *v. et.* Hugolinus card.
» X II 459 60.
» XI III 307 9 700 5.
Gualterus Burleus II 631. IV 569.
» ep. Tervis. o. Pr. II 105.
Guido de Bolonia card. III 302.
Guillelmus de Montepessulano inquisit. o. Pr. II 305.
» Petri Gondin o. Pr. card. II 634 s.
» Rufati card. II 633.
» de S. Amore II 311 3 s.

Henricus VII imperator II 634.
Honorius III II 95 8.
Hugo Bilio o. Pr. card. III 299 705.

Hugolinus card. II 96s.; *v. et.* Gregorius IX.

Iacobus de Brixia o. Pr. IV 318.
» de Columna card. II 633.
Innocentius III I 100 3, II 94s.
» IV II 306 10 2 6.
» VI III 303.
Iohanna II reg. Neapolis IV 126.
Iohannes XXII II 637 8 9, III 296.
» imp. Constant. III 710 4s.
» (Friburgensis) o. Pr. III 299.
» patr. Iacobinorum III 715.
» de Ianduno II 639.
» presbyter III 715.
Iordanus (de Severac) o. Pr. II 638.
Ioseph patr. Constantinop. III 710 4s.
Iulianus de Ruvere card. IV 321.
Iulius II IV 334 5.

Ladislaus r. Poloniae III 298.
Leo r. Armeniae II 634.
Ludovicus Bavarus II 638 9.
» Sfortia III 715, IV 123.

Maria mater S. Ludovici ep. II 470.
Maronitae IV 127 323.
Marsilius de Padua II 639.
Martinus V II 466 628, III 708 9 12s.
Michael II Palaeologus II 318 460.
Minimi (Congregatio) IV 322 570.
Mutius o. Pr. II 466.

Nicolaus III II 98 465.
» V IV 127 33.
Nicolaus Lemovicensis card. Ord. Protector III 305.

Orlandus comes de Clusio II 93.
Osbet imp. Tartarorum II 641.

Petrus III r. Aragoniae II 467.
» (IV?) r. Aragoniae II 635.
» r. Cypri III 305s.
» (S.) de Murrone (Celestinus V) II 635.
» de Tarantasia card. o. Pr. (Innoc. V) II 46s.
Philippus III r. Franciae II 461.
» Pulcher (Parvi) r. Franciae II 467 471 634.
Pius II IV 136 570.
Poggius Florentinus III 707.

Raynaldus card. Ord. Protector II 99 312; *v. et.* Alexander IV.
Richardus Radulphus ep. Armachanus III 303.

Savonarola o. Pr. IV 325 6.

Theobaldus Placentinus *v.* Gregorius X.
Thomas imp. Aethiopiae III 715.
» (S.) de Aquino II 311 3s.

Universitas Parisiensis II 314.
Urbanus V III 305 6 7.
» VI III 307 700 1.
Usus Cassanus (Usum Khasan) princeps Persarum IV 133.

Zacharias patr. Armenorum II 640s.

SIGLA LIBRORUM IN NOTIS AD COMPENDIUM CHRONICARUM FR. MARIANI SAEPIUS ALLEGATORUM, EORUMQUE SOLUTIONES

I respective *II Cel.* = *I*ª vel *II*ª *Legenda S. Francisci auctore Fr. Thoma de Celano,* edid. P. Ed. Alenconiensis, Romae 1906.

Tract. Mirac. = *Tractatus Mivaculorum* eiusdem. (ed. cit.).

Leg. Ma(ior) S. Bonaventurae, ap. eiusd. *Opera omnia,* VIII, Ad Cl. Aquas 1898, 504-64. *Leg. Min*(or.) 565-79; et separatim, ibidem 1898.

3 Socii = *Legenda trium Sociorum.* AA. SS. oct. II, 723-42; Pisauri 1831; ed Amoni, Roma 1880; ed. Faloci, Fulginiae 1898 (ed. Marc. da Civezza e Teofilo Domenichelli, Roma 1899).

AF = *Analecta Franciscana,* Ad Claras Aquas. I 1885. II 1887. III 1897. IV 1906.

Iord. = *Fr. Iordani de Yano, Chronica,* AF I, 1-19. ed. Böhmer, = *Chron. Iord.*, ed. H. Böhmer, Paris 1908. (ap. *Collection* etc. P. Sabatier, IV).

Glassb. = *Nic. Glassberger, Chronica Ord. Min. Observantium,* AF II.

CG = *Chronica 24 Generalium,* AF III, 1-575.

Bessa = Bernardus de Bessa: *Liber de Laud. b. Francisci,* l. c. 666-92.

CGenM = *Catalogus Generalium Ministrorum Ord. Fratr. Min.* sive Chronicon XIV vel XV Ministr. Ord. Min.: AF III, 693-708. Numeri in uncis ( ) adiecti, denotant edit. Holder-Egger ap. MG. SS. XXXI, 653-674; cf. s. v. *Salimbene.*

ZKTh. = editio eiusdem libri a P. Ehrle S. I. curata ap. *Zeitschrift für katholische Theologie,* VIII, Innsbruck 1886, 322 ss.

Conf. = Barthol. Pisanus, *De Conformitate Vitae B. Francisci ad Vitam Domini Iesu,* AF IV, 1-668. [Pars I^{a}; 12 conformit].

DAF = *Documenta antiqua Franciscana,* ed. P. Leon. Lemmens. Ad Cl. Aq. 3 Partt. 1901, 1901, 1902.

Dial. = *Dialogus de vitis Sanctorum Fratrum Minorum* (c. 1245) ed. IDEM, Romae 1902.

Catal. = *Catalogus Sanctorum Fratr. Min.* (c. 1335.) ed. IDEM, ibid. 1903.

Prov. = *Provinciale ord. Fr. Min. vetustissimum,* ed. P. Conr. Eubel. Ad Cl. Aq. 1892. (et ap. BF V, 1898, 580-604).

P. Sabatier, *Vie,* = *Vie de St. François d'Assise,* Paris 1894; et saep.

Sp. Sab. = *Speculum Perfectionis,* ed. Sabatier, Paris 1898. (ap. *Collection de Documents pour l'histoire religieuse et littéraire du moyen âge* I).

Sp. Lem. = *Specul. Perf.* ed. L. Lemmens, DAF II, 23-86.

Bartholi = *Fr. Francisci Bartholi de Assisio Tract. de Indulgentia S. Maria de Port.* ed. P. Sabatier, Paris 1902. *Collection,* II.

Actus = *Actus B. Francisci et Sociorum eius,* ed. IDEM, ibid. 1902. *Collection,* IV.

Lempp, *Elie,* = *Frère Elie de Cortone,* Paris 1901. *Collection,* III.

L. de Kerval, = *S. Antonii de Padua Vitae duae, quarum altera hucusque inedita,* Paris 1904. *Collection,* V.

OCH = *Opuscules de Critique historique,* ed. P. Sabatier [aliique]. Paris 1903, I; 1904-10, II.

Ecclest. = *Liber de adventu Fr. Min. in Angliam,* AF I, 217-75, ed. I. S. Brewer, *Monumenta Franciscana* (*Mon. Fr.*). London 1858 I, 5-72, 548-61. ed. Howlett, *ibid.* L, London. 1882, 7-28.

Salimbene = *Chronica Fr. Salimbene de Adam Parmensis,* ed. Parmae 1857. Numeri uncis inclusi respiciunt ed. Holder-Egger, ap. MG SS tom. XXXII. Hannoverae, pars I, 1905; p. II, 1908.

Firm.^{1} = *Firmamentum trium ordinum S. P. Francisci,* Paris 1512.

Firm.^{2} = *Firmamentum* etc. ed. Venetiis 1513.

De illustr. = *De illustrioribus viris et feminis trium ordinum S. Francisci,* ap. Firm.^{1} fol. XLI ss.

Memor. = *Memoriale Ordinis Minorum,* ap. *Firm.*^{1} pars I, f. XXVIIra-XLva; *Firm.*^{2} p. I, f. 31vb-46vb.

Acta SS. = *Acta Sanctorum* Bollandistarum, adiecto numero voluminis respectivi cuiuslibet mensis.

MGH SS. = *Monumenta Germaniae Historica,* series: *Scriptores.*

BF = *Bullarium Franciscanum,* ed. Sbaralea I-IV; Eubel V-VII, Romae 1759-1904.

Panfilo = Panf. da Magliano, *Storia compendiosa di S. Francesco e de' Francescani.* Roma 1874, 1876. 2 voll.

Böhmer, *Analekten* = *Analekten zur Geschichte des Franciscus von Assisi, S. Francisci Opuscula etc.* Tübingen u. Leipzig 1904. (Edito mai.).

Reg. = Potthast, *Regesta Pontificum Romanorum.* Berolini, 1874-5.

Hier. = Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi.* Monasterii, 1898-1902.

Little, = Little, *The Grey Friars in Oxford,* Oxford, 1892.

ChUP = *Chartularium Universitatis Parisiensis,* ed. Denifle et Chatelain, Paris, 1889-1897, 4 voll.

Rép. = Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen-âge; Partie Bio-bibliographique*, II^e édition. Paris, 1905-07.

Aquil., = B. Bernardini Aquilani, *Chronica Fratrum Minorum Observantiae*, ed. L. Lemmens, O. F. M., Romae 1902.

Wadd. = Wadding, L., *Annales Ordinis Minorum*, t. I-XVII, ed. II. Romae 1732-41 (singulos annos et num. citavimus).

BHL = *Bibliotheca Hagiographica Latina*, edd. Socii Bollandiani, Bruxellis 1898-1901, 2 voll.

Ncl. = Hurter, H., *Nomenclator litterarius theologiae catholicae*, Ed. III (II); t. II², Oeniponte 1906; III³, 1907.

Civezza, *Miss.* = Marcellino da Civezza, O. F. M., *Storia delle missioni francescane*, Roma, Prato, Firenze 1857-95, 11 voll.

Civezza, *Saggio* = *Saggio di Bibliografia sanfrancescana*, Prato 1879.

Picconi, *Cenni* = Picconi, Giac. O. F. M. *Cenni biografici sugli uomini illustri della Francescana osservante Provincia di Bologna.* I, Parma, 1894

Picconi, *Serie* = Idem, *Serie Cronologico-Biografica dei Ministri e Vicarî Provinciali della Minoritica Prov. di Bologna.* Ibid., 1908.

Eubel, *Geschichte* = *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoritenprovinz*, Würzburg 1886.

Schlager. *Beitr.* = *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz in Mittelalter*, Köln 1904.

Komorowo, *Cron.* = Ioh. de Komorowo, *Tractatus Cronice Fratrum Minorum Observancie*, ed. H. Zeissberg, Wien 1873, (ex: Archiv f. oest Gesch. XLIX, II, 297 ss.).

Id. *Mem.* = Idem, *Memoriale Ordinis Fratrum Minorum*, edd. X Liske et Lorkiewicz, Lwów 1885 (*Monum. Pol. Hist.*).

Pastor, = *Geschichte der Päpste*, 5 voll. Freiburg 1886-1909, Ed. I-IV. Gonzaga = *De origine Seraphicae Religionis*, ed. II, Venetiis 1603. [Ed. I, Romae 1587].

Rodulphius = *Historiarum Seraphicae Religionis libri tres...* a F. Petro Rodulphio Tossinianensi, Venetiis 1586.

Gubernat. = Dominicus de Gubernatis a Sospitello, *Orbis Seraphicus*, Romae et Lugduni, 1680-1689, 5 voll.; vol. VI. Ad Cl. Aqu. 1887.

ChHLeg. = *Chronologia Historico-legalis Seraphici Ordinis Fratrum Minorum*, Tom. I, Neapoli 1650.

Arturus, *Martyrol.* = Arturus a Monasterio, *Martyrologium Franciscanum*, Paris 1638. [Ed. II ibid. 1653].

Hueber, *Menologium* = Fortunatus Hueber, *Menologium... Sanctorum etc. ex triplici ordine S. Francisci...* Monachii 1698.

Greiderer, = Vigilius Greiderer, *Germania Franciscana*, 2 voll. Oeniponte 1777-81.

Lisb. Diola = Marco da Lisbona, *Croniche de gli ordini instituiti da S. Francesco. Tradotte da Diola e Barezzo Barezzi etc. corretta da P. Leonardo da Napoli*, 4 Partes (IV^a pars: 3 voll.) 6 voll. Napoli 1680.

Wadding, *Script.* = *Scriptores Ordinis Minorum*, Romae 1650; ibid. 1806 ed. II; ibid. 1906 ed. III.

Sbaralea *Suppl.* = *Supplementum ad Script. ord. Min.* Romae 1806; ed. II, ibid. 1908, tom. I. (A-E).

BTS = P. Hier. Golubovich, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano*, I, Quaracchi 1906.

Felder, *Studien* = Felder, *Geschichte der wissenschaftl. Studien im Franziskanerorden bis um die Mitte des 13. Jahrhunderts*, Freiburg i. B. 1904. — *Etudes* = Idem, *Histoire des Etudes dans l'ordre de St. François* etc. Paris 1908, i. e. versio gallica huius operis.

AB = *Analecta Bollandiana*, Bruxellis 1880 ss.

MF = *Miscellanea Francescana*, ed. Faloci-Pulignani, Foligno 1886 ss.

EFr. = *Etudes Franciscaines*, Paris 1899 ss.

ALKG = *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, edd. P. Fr. Ehrle S. I. et H. S. Denifle O. Praed. I-III, Berlin 1885-87; IV-VII, Freiburg 1888-97.

DIRECTIO PERIODICI.

293.3
M 333

Marianus de Florentia, ?-15
37

AUTHOR

Compedium chronicarum Ordinis

TITLE

FF. Minorum

DATE DUE	BORROWER'S NAME

FF
293.3
M333

5358